

A 231
3

Alte

Sammlbd.

Lil

Hist.

III. C. 0

d 4
FRANCISCI VLRICI RIES,
S. THEOL. DOCT. HVIVSQVE IN ACAD. MARB.
PROF. ORD.
DISQVISITIO THEOLOGICA,
DE
PECCATI ORIGIN.
INHAERENTIS
A PARENTIBVS AD LIBEROS
PROPAGATIONE,
PVBLICATA



GISSAE,
APVD IOHANNEM PHILIPP. KRIEGER.
1744.

ERANICARIA TRICERATIS

2. TETRADECIM. LIB. IV. CAP. III. M. 11.

ANASTASIO ANTONIO

III.

HECAGATHONIEN

IN HABRENTIS

ANASTASIO ANTONIO

ANASTASIO ANTONIO

1523. 1524. 1525. 1526. 1527.

1528.

1529.

1530.

1531.

1532.

1533.

1534.

1535.

1536.

1537.

1538.

1539.

1540.

1541.

1542.

1543.

1544.

1545.

1546.

1547.

1548.

1549.

1550.

1551.

1552.

1553.

1554.

1555.

1556.

1557.

1558.

1559.

1560.

1561.

1562.

1563.

1564.

1565.

1566.

1567.

1568.

1569.

1570.

1571.

1572.

1573.

1574.

1575.

1576.

1577.

1578.

1579.

1580.

1581.

1582.

1583.

1584.

1585.

1586.

1587.

1588.

1589.

1590.

1591.

1592.

1593.

1594.

1595.

1596.

1597.

1598.

1599.

1600.

1601.

1602.

1603.

1604.

1605.

1606.

1607.

1608.

1609.

1610.

1611.

1612.

1613.

1614.

1615.

1616.

1617.

1618.

1619.

1620.

1621.

1622.

1623.

1624.

1625.

1626.

1627.

1628.

1629.

1630.

1631.

1632.

1633.

1634.

1635.

1636.

1637.

1638.

1639.

1640.

1641.

1642.

1643.

1644.

1645.

1646.

1647.

1648.

1649.

1650.

1651.

1652.

1653.

1654.

1655.

1656.

1657.

1658.

1659.

1660.

1661.

1662.

1663.

1664.

1665.

1666.

1667.

1668.

1669.

1670.

1671.

1672.

1673.

1674.

1675.

1676.

1677.

1678.

1679.

1680.

1681.

1682.

1683.

1684.

1685.

1686.

1687.

1688.

1689.

1690.

1691.

1692.

1693.

1694.

1695.

1696.

1697.

1698.

1699.

1700.

1701.

1702.

1703.

1704.

1705.

1706.

1707.

1708.

1709.

1710.

1711.

1712.

1713.

1714.

1715.

1716.

1717.

1718.

1719.

1720.

1721.

1722.

1723.

1724.

1725.

1726.

1727.

1728.

1729.

1730.

1731.

1732.

1733.

1734.

1735.

1736.

1737.

1738.

1739.

1740.

1741.

1742.

1743.

1744.

1745.

1746.

1747.

1748.

1749.

1750.

1751.

1752.

1753.

1754.

1755.

1756.

1757.

1758.

1759.

1760.

1761.

1762.

1763.

1764.

1765.

1766.

1767.

1768.

1769.

1770.

1771.

1772.

1773.

1774.

1775.

1776.

1777.

1778.

1779.

1780.

1781.

1782.

1783.

1784.

1785.

1786.

1787.

1788.

1789.

1790.

1791.

1792.

1793.

1794.

1795.

1796.

1797.

1798.

1799.

1800.

1801.

1802.

1803.

1804.

1805.

1806.

1807.

1808.

1809.

1810.

1811.

1812.

1813.

1814.

1815.

1816.

1817.

1818.

1819.

1820.

1821.

1822.

1823.

1824.

1825.

1826.

1827.

1828.



*DISQUISITIO THEOLOGICA,
DE
PECCATI. O. INHÆRENTIS
A PARENTIBUS AD LIBEROS
PROPAGATIONE.*

§. I.

DE peccati originalis inherentis existentia & natura a. Introit. libi dixi, nunc de ejusdem propagatione, & a parentibus ad liberos transiit.

§. II.

Et vero propagatione, non imitatione, consensu, aut Cuius tra.
consuetudine, labem istam virtuosam parentum cum po-
steris communicari, jure meritoque contra PELA-
etario valde
difficilis.
GIUM, & Pelagianizantes, tuerunt omnes Orthodoxi.
Quod & nos in alio labore jam prolixè adstructum ivimus.
At circa propagationis modum, quo illud malum
fiat haereditarium, haerent, inque innumera propemo-
dum sententiarum divortia abeunt. Estque sane hoc,
quod nunc adgredior, argumentum abstrusissimum, in-
tricatissimumque, quod omni aeo Ecclesiarum Doctoribus
multum negotii, ac disputationis, facessivit: quandoqui-
dem & S. Scriptura hunc propagandi modum omnino
filet; nec ratio, quia res facti est, determinare audet; nec ex-

A

pe-

2. Disquisitio Theologica, de peccato. O. inherentis.

perientia, deniq; ad eum explicandum succurrit & sufficit; ut vere AUGUSTINUS, hujus quaestioneis arduae, explicatique difficilis, in qua enodanda, nunquam satis sibi facere poterat, difficultatem perpendens, dixerit lib. 5. de morib. Ecclesiae, cap. 21. nil notius, quam P. O. traduci, nil obscurius, quomodo traducatur. Et in epist. ad HIERON. 28. & ad OPTAT. 157. aut, utrumque vitium ex homine trahitur, aut, alterum in altero, tanquam in vitiato vase corruptitur. Quid autem horum sit verum, lubentius disce, quam dico, ne audeam docere, quod nescio; nec non WITAKERUS de P. O. cap. 8. quemadmodum ab Adamo ad posteros propagatum fuerit peccatum, magis credi debet, quam queri, & queri facilis, quam intelligi potest. & melius intelligitur, quam explicatur. & Thom. HESIUS in thes. Seden. Vol. I p. 205. Quo pacto fiat haec propagatio, cognoscere arduum est, & definire periculosum.

§. III.

Et minus, ne efficiat, vide lior hujus argumenti tractatio, sic & videri forsitan posset tur.
Quemadmodum vero, difficilis, oppido est, specia-
litas, vide lior hujus argumenti tractatio, sic & videri forsitan posset
tur.
inutilis, ac superficiaria. Sufficeret enim ad veritatem tra-
ductionis peccati adstruendam generalius dicere, esse mo-
dum istius propagationis, impuram generationem, qua ex-
corruptis, & peccatoribus, corrupti, & peccatores, na-
scantur; qualis, & natura, & conditio omnium gene-
rantium, postulat, & lex generationis a Deo posita, cum
ante, tum post lapsum, exigit, qui etiam evidens est.
Vnde cum Julianus quereret, per quas rimas peccatum
esse ingressum, siquidem non peccet ille, qui nascitur,
non peccet qui genuit, non peccet qui condidit, respon-
det AVGUSTINUS Lib. II, de nup. & conc. c. 28. Quid
queritis;

quaerit latenter rimans, cum habeat patentem januam? Per unum hominem. Quid querit amplius, quid querit apertius, quid querit incalcatius? Immo non tam de propagationis P.O. modo, quam liberationis a tanto malo, sollicitos nos esse oporteret, ut is, qui in puto periclitatur, interroganti, qua ratione in eum prolapsus sit, actutum respondeat, extrahe me potius, ne submergar, quam ut istud intempestive queras: Sic & nobis, in tam profundam corruptionis & miseriarum abyssum, per lapsum Adami, conjectis, cogitandum potius foret de apta quadam exinde emergendi via, quam ut anxie & scrupulo se nimis, modum, quo ei immersi simus, scrutemur. Quorsum pertinet cujusdam erudite pii & pie eruditii viri consilium: dispiciendum esse, non quomodo in corpus animus sit ingressus, sed quomodo egredi possit a contagione corporis liber. Et in hanc rem pulchre quoque differit AUGUSTINUS Tom. II. p. m. 709. Si origo animæ lateat, dum tamen redemptio clareat, periculum non est, &c. Et CALVINUS Institut. lib. 2. cap. 1. hanc questionem negligi posse censet, quod doctrina de P. O. citra eam satis definiri & demonstrari possit. Cuius & judicio subscrabit Henr. ALTINGIVS Op. T. III. p. 322, & IV. p. 429. idque tum quod generatio impura, etiam leposita ista controversia, constet, tum quod scriptura nusquam proponat peccatum originis in animæ substantia, aut ejus origine, sed semper in judicio Dei, ad quod proin, quomodo. cunque etiam anima propagetur, deveniendum fit.

§. IV.

Interim tamen non eousque hoc extendendum, ac si omnis, qui in hanc rem labos impenditur, vanus sit,

A 2

&

4. *Disquisitio Theologica, de peccati O. inherentis*

& irritus. Non enim tam de necessitate absoluta, quam
comparata, heic sermo est. Et multa sunt, quæ ad salu-
tem non simpliciter necessaria, cognituque, maxime
quoad *ratio*, difficultia sunt, quorum tamen scrutinium
bonum, & licitum est. Non enim omnes veritates sunt
ejusdem ponderis, sed alia *ratio* esse religionis nostræ con-
stituant, alia *ratio* bene esse, alia ad fidei fundamentum
pertinent, alia non item. Neque etiam ideo statim a-
liquid negligendum est, quia non comprehenditur, ne-
que vilipendenda, quæ sunt, quia intelligi nequit, quo-
modo sunt. Plurima enim sunt occultissimis modis &
rationibus, quæ tamen fieri prorsus apertissimum est.
Et quamvis in questione obscurissima omnes omnino
scrupuli removeri nequeant, ea tamen ex verbo Dei tra-
di possunt, quæ plus & modestis ingenii satisfaciunt,
ut rem ipsam firmiter & indubitate teneant, licet mo-
dum clare & distincte non valeant assequi. Quare, si
quis vel ex veritatis amore, vel ut multifariam Dei sapi-
entiam, sanctitatem & justitiam, in hoc negotio con-
templetur, vel ut eo melius de corruptionis hujus na-
tivæ amplitudine & profunditate convincatur, vel de-
nique ut *Pelagianis*, ob propagationis peccati difficulta-
tem ejus veritatem negantibus, & tanquam impossibili-
lem exagitantibus, os obturet, aliisve ex causis, in ti-
more Domini, hunc propagationis modum specialius
quaesiverit, & curatius expenderit, is non tantum non
peccabit, sed rem faciet omnino bonam & laudabilem.
Quae etiam ratio, quod omni tempore Theologi hanc
difficultatem, variis eum in finem excogitatis concilian-
di modis, solvere adgressi sunt. Quorum vestigia & ego
nunc.

nunc pressurus, quodam veluti specilegio, tentabo, num
isti difficultati aliquid lucis foenerari queam. Dirigat
Deus mea cogitata, ut recta sint, & ad ipsius gloriam,
proximique adificationem, faciant!

§. V.

Cum vero duæ partes hominis essentiales sint, ex ^{Inquiritur in}
quibus consistit, *anima rationalis* nimurum, & *corpus* (^{modum propositum}
tertium enim aliquid, sive medium inter has duas non
agnoscimus) videamus &c. qui labes illa nativa a parenti-
bus deriverunt ad *corpus* infantis. 2. Speciatim, qui *ani-*
mæ rationali afficerunt?

§. VI.

I.) Si *corpus* spectemus, non magna difficultas est. ^{N. ad corpus.}
Cum enim post peccatum, inde ab Adamo, corpori-
bus utriusque parentis insint sanguinis & spirituum ^{duorum gen-}
^{erum}, atque intemperies, ac membrorum rebellio, nec
non motus pravi, & inordinati, qui ferocientium affe-
ctionum, aliorumque vitiorum causa sunt: in genera-
tione vero particulæ quædam ex his corporibus, semine-
nempe tam virili, quam muliebri, absindantur, e qui-
bus foetus formatur, facile est concipere, quo pacto ex-
corrupta hac massa, & peccaminoso semine, simul in-
ficiatur, ac corrumpatur, *corpus* infantile, in utero
matris conceptum ac formatum, atque ita primum il-
lud magnum delictum, una cum natura TURRETIN,
Theol. Elench. p. 1. §. 2. & HEIDANUS Corp. Theol.
Christ. p. 455. §. 2. in prolem transeat; non secus ac sub-
inde *calculum*, *podagrum*, *hecticam*, aliosque morbos, &
adfectus, a parentibus ad liberos transfundi & haeredita-
rios.

6 *Disquisitio Theologica, de peccati O. inherentis*

rios fieri, cernimus. Generat enim unumquodq; sibi simile, partusq; ventrem, & genitum gignentis, naturam sequitur. Qualis materia tale & materiatum. Quis dabit mundum ex immundo Job. 14. v. 4. Quod genitum est ex carne, caro est Job. 3. v. 6. Quare etiam ratio quod AUGUSTINUS tam libenter in hac materia contagii vel contagionis vocabulo utatur, quod a tangendo dictum, aliquem inquisitionis contactum, vitii scilicet propagantis vitium, denotat. Et licet corpus per se non sit subiectum sententiarum peccati, illudque non sit in corpore consummate, formaliter, & perfecte: est tamen in eo inchoative, dispositive, & radicaliter, tanquam in propriissimo animæ habitaculo, mox in eandem cum anima hypostasis coalituro; quemadmodum liberi trahere ex parentibus solent, non quidem ipsos illos morbos actu, sed eorundem semina, & impressiones, quæ sunt certa illorum morborum principia.

§. VII.

2. ad animam.

At II.) major difficultas est circa *animam rationalem*. Cum enim ea nec generetur a parentibus, nec tangatur, sed immediate a Deo creetur, tum demum, quando corpori unienda, & quidem non in corpore corrupto, sed extra illud: ex manu vero Dei Creatoris nil corrupti & impuri, prodire queat, nodus hinc fere insolubilis oritur, qui primitus creatura ejusmodi pura, & innocens, inquietur, peccatoque originis inficiatur. Quare nec mirum, dissonas admodum esse Theologorum ac Philosophorum super hanc rem voces: aliis monstruosam quandam *omnium animalium simultaneam creationem*, ante *corpora praexistentiam*, preciamque corruptionem, statuentibus; aliis eorundem in animalculis parentem,

ETAM,

tum, & coniunctum in protoparente, praesentiam, physicamque in iis corruptionem, urgentibus; aliis singentibus duplex aliquod principium, boni & mali; aliis ad doctrinam de traduce; aliis denique ad creationem animarum immediatam, recurrentibus: his iterum in tres partes scissis, animasque vel puras, vel impuras, vel non-puras, a Deo creari existimantibus. Verum tamen, ne hanc questionem solo obscuritatis präsidio tueri velle videamus; examinatis, profligatisque, singulis erroribus, tentemus, positne lux aliqua inferri his tenebris.

S. VIII.

a. Notandum hic venit veterum quorundam figuratum, qui, ut primam hujus animarum corruptionem originem indicarent, statuerunt, omnes unquam futuras animas humanas, una cum spiritibus caelestibus, vel ante mundi hujus evsqua, vel in principio ejusdem, & cum Adami creatione, suisse simul a Deo creatas, inque communia aliquo animarum receptaculo adservatas: in quo, priusquam corpora ingredenterur, ex liberi arbitrii abusus, a pristina perfecione & puritate degenerarint; eaque sua defectione promoverint, ut pro peccatis, que patrarint, detruderentur in corpora humana corrupta, a quibus ulterius inquinarentur; utque prioribus corporibus, relictis, per quandam metu vxoris, successive in alia corpora migrarent, & anima quidem piorum in corpora aliorum hominum, vel animalium Sanctorum, que Egyptii colebant; & abhinc si tali disciplina purgatae, in proprium locum; impiorum autem in erocodilos, asinos, mullos porcos, scarabeos, &c. post tria annorum millia, si diis placaret, in corporia iterum redditae, ut auctor est: HERODOTUS lib. 1.1. cap. 25. Ita ex gentilibus ZORO-

ROA.

ROASTREM, PHERECYDEM SYRUM, ejusque
 discipulum PYTHAGORAM, EMPEDOCLEM, PLA-
 TONEM, immo jamdiu ante eos ORPHEUM, & com-
 plures alios, sensisse nos docent THEODORETUS in
 epitom. div. Decret. cap. IX. HUETIUS in Origen. p.
 96. §. 7. & SCHEFFERUS de natur. & constit. Philos.
Pythag. p. 24. Hoc etiam errore prater Judaeos, vid.
 MENASSE BEN ISR. de resurr. II. 19. & de creat. pro-
 blem. XV. XVI. POCOCKIUS not. Miscel. pag 103. seq.
 LIGTHEF. Hor. Hebr. ad Job. IX. 2. HACKSPAN. Dis-
 sert. p. 341. & not. Philol. P. II. p. 151. 702. 749. 508.
 HOORN. Miscell. P. II. p. 84. multi ex Patribus fuere im-
 buti, qui in scopulum liberi arbitrii nimis impingebant,
 putabantque animas in corpora, qualia sunt nostra, de-
 trusas nil adversi pati, quod cum usu liberi arbitrii ho-
 minem nasci, & jam ante in peccatis constitutum, cre-
 derent. Quos inter HERMAS vif. 3. CLEM. ALEXAN-
 DRINVS, STROM. I. I. & III. PIERIUS ALEXAN-
 DRINUS, qui alter *Origenes cognominatus*, apud
 PHOT. Cod. 119. NEMESIVS lib. de natur. homin. EC-
 CLESIASTICI quidam apud HIERONYM. epifl. 82. ad
 MARCELLIN. qui tamen ipse perperam hujus crimi-
 nis a RUFINO accusatur. Item PHILASTRIUS in *he-*
res. 51. aliisque, vid. OLYMPIODOR. ad Eccles. cap. IV.
 v. 3. p. 627. & PHOT. epifl. 1. p. 11. speciatim HUETIUM
 in *Origenian.* p. 97. n. X. Principue huic sententiae de ani-
 marum προναόγεσι, admissisque ab iis ante unionem
 cum corporibus peccatis, quam e Pythagoricorum, &
 Platoniorum, scholis transtulit, ORIGENES favit; ut &
 velut Origenismi characteristicon HIERONYMUS eam
 notarit. Loca, quibus animalium pra-existentiam, &
 in corpora detruzionem, adseruit, sunt ubivis obvia. Prae-
 aliis

alii illa notari merentur quae extant lib. 2. neq; aex^m cap. 8. in quo tradit naturas illas ratione pollentes, a Deo pri-
num procreat^s, antequam boni, vel mali, quid in se
concepissent, mentes fuisse; dein vero, scelere admisso,
animas euasisse, & l. 1. cap. 8. & l. 3. cap. 1. quae vide.
Quibus similia in fine capit^s ejusdem habet. Et libr.
lucubrat, ejusdem priore animam hominis non cum cor-
pore factam docet, sed extrinsece insertam, idque pro
meritorum in coelo ratione. Cui probando profert ex-
empla Jacobi, Esavi, Jeremiae, & Job. Bapt. ibid. De
eodem EPIPHANIVS haeret. LXIV. animam humanam
praeexistere dicit, esse autem has angelos & virientes super-
nas in peccatis constitutas, & hanc ob causam in supplicium
in hoc corpus inclusas. Quam ADAMANTII sententiam
egregie etiam explicat HUETIUS in Origen. p. 93. num.
IV. his verbis: naturas omnes ratione praeditas, seu men-
tes, a Deo ante mundi opificium procreat^s, liberoque instru-
etas arbitrio fuisse, putavit; quae recte vel male agendi fa-
cilitate diversis utentes modis, diversos inde, vel gloriæ, vel
ignominiae ac poenae, gradus fuisse consecutas; alias siquidem
angelorum adeptas esse naturam, quae leviorum essent
noxarum fontes; quæ contra liberi arbitrii munere in deterius
fussent abusae, in crassiora corpora, syderum puta, vel Da-
emonum, vel hominum, esse depresso^s; sic tamen, ut quocun-
que sint loco, proficere possint in virtute, vel contra relabi in
vitia; & pro regressu sui, vel progressu, ratione, ad supe-
riorem evehantur statum, vel ad inferiorem detrudantur. Ex
Socinianis quoque favet huic de animarum praeexistentia
hypothesi, & pene innumeris, tum ex codice sacro, tum
auctoritate Judaeorum, Christianorum, Gentilium & Hae-
reticorum, desunitis rationibus eam corroborat Christ.
Christoph. SAND. tr. de animae orig. Cosmop. 1671. Sic &

μετεμψυχων seu μετεναναστων i. e. animarum ex alio in aliud corpus, vel in diversas corporum species, transmigrationem, que ex arcana Aegyptiorum doctrina hausta fuit, Pythagoraeis, Platonicis, Judaeis, in primis Pharisaeis, conf. Matth. XVI. 14. Job. IX. 2. & JOSEPHUS de bell. jud. I. II. cap. VII. nec non Origenianis, creditam fuisse, & hodie adhuc Americanis nonnullis, plerisque Sinenibus & Indis, quotquot Muhammedi nomen nondederunt, credi, res notissima est PFANNER. Systema theol. gent. p. 429. PANCIROLL. de rebus memorab. s. deperditis P. I. p. 221. HUET. in Origenian. p. 104. & SANDIUS l. c. p. 131. - seqq. Quod etiam dogma recentioribus temporibus HIERON. CARDANUS in Dialog. de morte, iteratam quandam, & repetitam, παλιγνενεσιαν introducendo, defendit. Et non adeo absurdum esse, uti a multis accusatur, OBSERVATORES HALLENSES Observat. II. probatum dare quae siverunt.

§. IX.

Nam animae
non fuere pro-
ductae ante
mundum con-
ditum.

At vana & absurdum esse haec omnia, primum cuiusvis est intelligere. A.) A veritate longissime recedit, fuisse *omnes animas simul ante principium Mosaicum conditam*. Nam licet animae, tanquam substantiae simplices, & incorporeae, spatio aliquo, seu loco externo, ad subsistendum proprie non indigeant, atque ita nullum dubium sit, potuisse Deum, si voluisset, animas omnes, ante mundum hunc visibilem creare: tamen haud una ratio obstat, quo minus isti adassertio suffragemur. 1) enim, praeterquam quod commune axioma sit: *a posse ad esse non valere consequentiam*. II) Ex revelatione discimus, ante mundi hujus primordia nil fuisse, praeter unum

num, & solum, *Deum*, resque omnes finitas in, & cum tempore, in initio, a Deo fuisse productas, *Gen. i.v.i.* ut principium Mosaicum sit principium temporis, & omnis creaturae. *iii.) Angelii non fuerunt ante mortuorum creati Gen. I. i. II. i. Job. XXXVIII. v. 7. Psal. CII. v. 21.* Ergo nec animae humanae, quoniam similius similis est ratio. *Si διάνυσσον πρότατος οὐσίαν, animae fuissent conditae, tunc forent aeternae, immo aequae aeternae, ac ipse Deus aeternus est, quia eadem phrases & locutiones sunt, quibus Dei aeternitas in sacris predictis describitur Ps. XC. v. 3.* At tales non esse multiplex earum imperfectio, finitas, dependentia, mutabilitas, abunde docent. *iv.) Si creatio animalium ante temporis principium facta, subvertitur demonstratio aeternitatis τέλος Filii Dei ex Job. I. petita, quo facto multum lucrantur Sociniani.* Denique *v.) nulla sufficiens ratio indicari potest, ob quam tamdiu, ne dicam, ante unionem cum corporibus, sed & mundum conditum, animae extiterint.* Deus autem cum sit sapientissimus, & sanctissimus, nil frustra facit, sed cuncta ad finem sapientissimum, sibique gloriosum, dirigit. Belle igitur HIERON. adv. JOHANN. HIEROS. *Si fuit anima, antequam in Paradiſo formaretur, in quolibet statu & ordine, & vixit & egit aliquid (neque enim possumus incorporealem, & aeternam in modum glirium immobilem torpentemque sentire) necesse est, ut aliqua causa praeefererit, cur, quae prius sine corpore fuit, circumdata sit corpore: & si animae est naturale esse sine corpore, ergo contra naturam est esse in corpore. Si contra naturam est esse in corpore, ergo resurrectionis corporis contra naturam erit. Sed non fiet resur-*

rectio contra naturam. Ergo juxta sententiam vestram cor-
pus, quod contra naturam est, resurgens animam non habebit.

g. X.

Neque in prin-
cipio ejus si-
mul,

Quemadmodum vero non ante mundum hunc vi-
sibilem animae humanae fuerunt creatae, sic nec B.) ea-
rundem creationem simultaneam in mundi exordio con-
tigisse, certum est, 1) ex silentio Moysi Gen. I. qui tam
illustre opus haud reticuissest: maxime cum formatio-
nem corporis Adami e gleba terrae, Spiritusque inspi-
rationem ipsi factam, nec non productionem Evaee
ex costa Adami, variis circumstantiis referat. Verum
quidem, nec angelorum, quos etiam ab initio statim
omnes simul creatos fuisse constat, creationem memo-
rare. At id non mirum, quia noluit apud homines ex
professo tradere historiam angelorum, sed hominum,
maxime Ecclesiae; vitio autem non vertitur historiogra-
pho, historiam regni describenti, si origines regni vici-
ni vel plane fileat, vel non nisi parce de iis loquatur.
2) Si certum est, animas tum demum, quando foetus
in utero materno perfectus, immediate a Deo creari, corpo-
ribusque infundi, ultro sequitur, non ab initio mundi
eas conjunctim fuisse creatas, inque thesauro quodam,
ex quo deppromantur, corporibusque intrudantur, adser-
vari. Atqui verum prius. Ergo & posterius. Illud
claret I. exemplo Protoparentis Adami, cuius corpori, ex
terra formato, demum insufflabatur anima, non antea
Gen. II. v. 7. II. ex fine, in quem animae rationales cre-
antur, qui non aliis est, quam ut cum corporibus or-
ganicis connubium ineant, unumque fiant. At si diu
ante corpora fuissent creatae, toto illo tempore fru-
stra

stra extitissent, atque ita sine suo excidissent. III. ex naturali, quem animae habent a l unionem cum corporibus, instinctu, quo sit, ut a corporibus separatae sint quasi in statu praeternaturali. In statu praeternaturali vero aliquid creari implicat, & cum corpore animam humanam non esse unitam est pars poenae peccati. Neque obstat 4. illud Gen. II. v. 2. ubi Deus die septimo quievisse legitur ab omni opere suo, i. e. uti explicant, a creatione novarum specierum. Nam a. in textu cit. tale quid non reperitur, sed est falsum ejus glossema. b. Deus quotidie nova ex nihilo creat, motum, formam, figuram &c. Et c. non mirum eos defendere, Deum nil novi creare, qui cuncta ex fatali, & immutabili, rerum ordine derivant. Neque etiam tandem d. Deus creando mentes, proprie loquendo aliquid novi creat, quandoquidem nil aliud agit, quam ut, ordini naturae convenienter, corporibus animas ipsis destinatas addat. III.) Si animae ab initio mundi fuissent conditae, & per longum temporis spatium, in quo fuerint, tanquam actus cogitandi substantiales, actuolae, extitissent ante corpora, haberent haud dubie hujus suae προνοέως, operationum, aut cogitationum, quas exercuerint, priusquam corpora ingredierentur, memoriam aliquam, & conscientiam, sunt enim substantiae sui ipsius, suarumque actionum, intime conscientiae, quae quicquid operantur, scientes operantur, volentesque. Immo vero, quod contra Origenianos tenendum, tanquam creatureae rationales, sub lege, ejusque vinculo creatae, earum actionum necessario deberent reminisci, ob quas a Deo in judicium adducuntur, & vel praemiis, vel poenis, afficiuntur: ubi

enim non esset bene, aut male , factorum conscientia, ibi etiam non foret praemiis poenisque locus, siquidem in tali casu Dei iustitia & sanctitas agnoscari , dijudicari, ac celebrari, nequiret, qui tamen unicus scopus est, cur Deus legem suam ministrat, & promissionibus, obsignavit. At nemo mortalium est, qui, si vel intima mentis suae accuratissime expenderit, jure adfirmare possit, se vel minimam pristini sui status, actionumque in eo patratarum, ideam, seu notitiam possidere. Quare nec qualiscunque animarum pra-existentia admitti debet. Neque opponi (iv) in contrarium heic possunt exempla *infantum*, aut *dormientium*, qui similiter cogitationum , actionumque, quas in aetate primula, vel somno, habuerint, memoria destituantur. Quod enim infantes, dormientesve, quid cogitarint, nesciant, id oritur ex *defectu*, *inhabilique constitutione corporis*, cui cogitationes adligatae sunt. At animae a corporibus liberae, quo minus recordari queant cogitationum, actionumque suarum, non impediuntur. Et licet animae illae non omnes cogitationes , quas ante suam cum corporibus conjunctionem habuerint, in memoriam sibi revocare queant, ad minimum tamen *unam* vel *alteram*, scirent, maxime sui ipsius *praeexistentiam*, cuius non facile oblivisci potuissent. Accedit, quod per tot annorum millia ante corpora existentes, multifariis suis actionibus, absque omni dubio, talem sibi *habitum* acquisivissent, tamque profunde cogitationum momenta impressissent, ut deleri non potuerint; cum spiritus recens creatus, & cum corpore unitus, istiusmodi habitibus, ex actionum frequentia comparatis, omnino careat, vid. quae ad hanc rem habet

habet egregia Nob. CARTESIUS in *Respons. V.* meditat,
adjectis, & POIRETUS cogitat. ration. L. II. cap. 3. §. 6.
§.) Denique si animae tamdiu, antequam instrumenta
naturae suae congrua acciperent, productae, extitissent
vel in statu *beato*, vel *misero*, nam medius non datur. U-
trum vero elegeris, non conciliabis cum Dei bonitate,
justitia & sanctitate, istam animarum ex statu priori in
corpora dejectionem, veluti infra plenius docebitur.

ſ. XI.

Falsum C) omnes animas nascendas in communi quo-
dam loco, animarum repositorio, adservari. Nam I. animae
proprie loco non egent, neque aliter esse in loco di-
euntur, quam definitive, propter operationes, ut non
nisi de solis corporibus, iisque particularibus, in nexus
cum aliis constitutis, verum sit illud Scholasticorum:
quod nulli est, non est. II. Sacer codex nuspiam talis lo-
ci, e quo animae corporibus jungendae depromantur,
meminit. At quicquid extra, & praeter, ejus testimo-
nium heic adseritur, figmentum est. Stabilire hanc sen-
tentiam nonnulli solent ex *Ecclesiast. XII. 7.* quod Deus
dicitur dare spiritum, dari autem supponat pre-existen-
tiam, tum quod spiritus dicatur reverti ad Deum, re-
verti vero quid non possit, nisi antea ibidem fuerit. At
frustra. Nam & verbum *pro* de rebus jam existentibus ac-
cipitur *Jes. IX. v. 6.* & *Sam. XII. v. 8.* vid. Lexica. Et spi-
ritus reverti dicitur non ad *pro*, sive *locum*, quod enim
sic revertitur, necesse est, ut ibidem antea fuerit; sed
ad Deum, tanquam *causam efficientem*, quia nempe post
obitum corporis arctius cum Deo conjungitur, eique
magis evadit similis. Ita non necesse est, ut prius illud
extiterit.

Neque in com-
muni quodam
loco adservan-
tur.

exitterit. Absurdum quippe foret, esse productum in tempore, & tamen ante jam exitisse. III. Nec ratio istiusmodi quid ex principiis suis elicere valet, quia res facta est. Et quae IV. *Iudei ac Gentiles* de suo *qua & ad*, tradunt, fabulosa sunt, nulloque fundamento mixta.

§. XII.

Neque ante unionem cum corporibus jam peccarunt.

Falsum D.) quod animae jam ante, quam cum corporibus unirentur, ex liberi arbitrii abuso, peccarint. Ponit enim 1) S. Scriptura primum peccatum in *transgressione Adami* Gen. III. v. 1. seqq. Nullum peccatum anima Adami ante unionem cum corpore patravit, & in ipso peccante omnes non separati ab anima, sed cum ea conjuncti, tanquam in stirpe & radice sua, peccarunt. Hinc per unum hominem, inquit Paulus, peccatum in mundum intravit, & per peccatum mors &c. Rom. V. v. 12. & quemadmodum in Adamo omnes moriuntur, sic in Christo omnes vivificabuntur. 1 Cor. XV. v. 22. Quare nos non decet ultra adscendere, & sapere supra id, quod scriptum est. 2) Περὶ τοῦ Υἱοῦ hujus sententiae est doctrina de libero arbitrio, quae multis naevis, & contradictionibus, obnoxia est. Perperam etiam 3) ORIGENES, praeter varia Scripturae loca, quae citata vide apud HUET. in *Origenian.* p. 96. §. 8. lib. II. περὶ αἰχνῶν cap. 7. & lib. III. cap. 3. huic probando profert Jacobi, & Esavi, exemplum, quorum hic fratrem, cum ex utero prodiret, supplantavit, quod factum minime fuisset, si non uterque id gestis suis promeritus, antequam coelo delaberetur: nec non exemplum Johannis: qui in materni uteri clavistris etiamnum compactus ad Mariae vocem tripudiarit: & Jeremiae, cui Dominus dixerit: priusquam te forma-

rem

rem in utero, novi te, & antequam exires de vulva, sanctificavi te: ut & eorum, qui a daemonibus statim ab ortu corrupti, vel a pueritia divinandi facultate praediti, sint, quorum non aliam causam esse existimat, quam res olim ab iis gestas, priusquam corpora subirent, ut Deus alioquin injustitiae & προσωποληψίας accusandus sit. Nam omnibus illis Scripturae locis & exemplis manifesto non tantum repugnat illud Zach. XII, v. 1. in quo dicitur *Deus fingere spiritum in medio hominis* s. sed & illud Job. IX, v. 3. ubi Christus, neque hic peccavit, neque parentes ejus, sed ut opera Dei in eo manifestentur, satis clare ad voluntatem Dei coecitatis illius caussam refert, atque ita omnem causam adimit detorquendae illius ad peccata vitam praecedentia; aperissime vero Rom. IX, v. 11. seq. quo & ipse AUGUSTINUS in epist. ad Optat. ad labefactandam hanc ORIGIN. opinionem utitur: *cum enim nondum nati fuissent, aut aliquid boni egissent, aut mali &c.* Ex quo manifestum est, non propria bene, aut male, facta, in vita antea dicta admissa, electionis, & reprobationis, eorum deinde caussam fuisse, sed liberrimum, & absolutum, Dei decretum, vid. HUET. in *Origenian.* p. 96. § 8. 4) Deinde admodum etiam probabile est, illam PLATONIS & *Origenistarum* sententiam ortum trahere ex historia de *lapsu primorum hominum*, miseriaeque humanae origine, at fabulis & commentis permista.

§. XIII.

Nec minus *iv* falsum, quod anime, in panam pecatorum antea patratorum, de calo dejecta in corpora humana, tanquam totidem carceres & ergastula detrudantur, unde non nisi indefesso labore, ac per paucos, institutionem,

Neque in carcera,
ut peccata
luant, e calo
detruduntur.

C

ieu

seu ut TERTULLIANUS verit, dissentiam, liberentur. Inititur 1) haec opinio falsis hypothesis, quales sunt, quod animae in mundi hujus primordio a Deo simul creatae sint, quod in communione quodam receptaculo adserventur, quod jam ante unionem cum corporibus factam peccarint &c. quarum absurditatem in antecedentibus indicavimus. 2) Corpora non ad panam condita sunt, sed ut sint animarum domicilia & instrumenta congrua, homines cum animabus constituant, aeternaque tandem cum illis beatitudine fruantur. 3) Exstructa fuere corpora primorum hominum, antequam peccatum fuit introductum, quod ea contaminavit Gen. cap. II. III. Et Apostolus adfirmat Esayum, & Jacobum, nondum natos, nil boni, vel mali, egisse. Accedit tandem 4) quod corpora fidelium sint templo Spiritus S., in quibus habitat 1 Cor. VI. §. 19, quæ sibi jubentur in sacrificia viva, sanctæ, Deoque placentia; Rom. XII. §. 1. quorumque membra sunt membra iustitiae Rom. VI. §. 13. Quare non in Creatorem tantum, sed & S. Spiritum, contumeliosi sunt, qui splendidissima hac, formaque, & usu, nobilissima tabernacula in oolidos carceres, in quos detrusæ sunt animæ, ut poenæ pro peccatis huant, commutant. Quem errorē egregie AUGUSTINUS quoque refellit Oper. T. VII. p. m. 668, lit. D.

§. XIV.

Neque tandem
in diversa cor-
pora transmi-
grante.

Denique & famosa illa animarum trajectio Pythagorica, quam animarum recidivatum TERTULLIANUS vocat, commentaria est, & facile perpluit. Nam I, repugnat Sacra Scriptura, quæ testatur, singulis hominibus,

minibus, dum generantur, suas animas creari, & infundi Job. XXXIII. §. 4. Eccles XII. §. 7. Zach. XII. §. 1. & quidem ad *to idior omnia, proprium corpus*, determinatas i. Cor. VI. §. 18. VII. §. 4. tum animas fato functas, non migrare in alia corpora, seu humana, seu belluina, sed redire ad Deum Eccles. XII. §. 7. Luc. XVI. §. 22. XXIII. V. 43. II. *Sana rationi.* Quamvis enim a. hæc doctrina animarum immortalitatem direcite non tollat, talia tamen continent, quæ cum natura, & nobilitate, animarum humanarum consistere non possunt; siquidem & animabus tantas revolutiones tribuit, quarum sibi plane non sunt *conscia*; & errantes atque vagas, eas facit, quarum definitum in hac vita domicilium, & certæ in futura constitutæ sedes sunt; & detruit eam in *corpora bestiarum*, in quibus nulla rationis indicia produnt, aut prodere queant. b. Eum in finem a gentilibus, verbo Dei distitutis inventa, ut mali originem doceant. Cui præstanto non sufficit. c. Sibi ipfi hoc systema contradicit. Dum enim adsumuntur, istam animarum sortem pendere a modo, quo viserunt, & a bonis, malisve, earundem in hac vita a. Actionibus, percipi nequit, qui vel præmii, vel pœnæ, simile quid remaneat, sublata talium mutationum conscientia? d. Perturbat rationem *justitia divine*, secundum quam unusquisque in proprio corpore tum præmia, tum pœnas peccatorum, experietur. Ultimo e. resurrectionem corporum evertit. Cum enim in futura resurrectione universali animæ cum corporibus suis sint redundiæ, quod illustri typo Ezech. XXXVII. confirmatur; cumque cuilibet in corpore suo, quod heic

gestavat, compensandum sit illi. Cor. V. v. 10. cuius corporis erit anima, si plura successive corpora inhabavit, & qui bene, aut male, factorum in corpore, rationem reddet, si non idem numero corpus servarit? Quia immo totum hoc μεταμόρφωσις dogma ex convenientia seu naturali, ingenii & φρονηστος, unius cum altero, liberorum cum parentibus, seu typica, qua ex institutione Dei, unus alterum retulit, saltem inter Judaeos, ortum censet Vir Plur. Rev. & Celeb. Lud. Christ. MIEGIUS Bibl. Br. Cl. II. p. 594. f. Ut alia praetermittam, quae vid. apud HEIDEGGER. Corp. Theol. p. 233.

§. XV.

a. Tangitur sententia LEIBNITII. Haud absimilis est priori, eidemque de animalium προνταρεῖαι fundamento innititur, sententia, quam proponit LEIBNITIUS Theodic. p. m. 281 - 283. & 341. 342. Supponit nempe Vir Illustris & in sua Philosophia, quo nomine eam adpellat, ordine naturae, non dari creaturas rationales, seu mentes creatas, a corporibus organicis, & materia, omnino separatas. Ita statuit Epist. V. ad CLARKIVM §. LXI. Tom. I. du Recueil. p. 119. Je tiens avec les Anciens, & avec la raison, que les Anges, ou les Intelligences, & les Ames séparées du corps grossier, ont toujours des corps subtils, quoi qu'elles mêmes soient incorporelles. La Philosophie vulgaire admet aisement toute sorte de fictions; la mienne est plus sévère. It. Tom. II. Recueil. p. 384. seq. Je tiens, que chaque âme, ou Monade, est toujours accompagnée d'un corps organique, mais, qui est dans un changement perpétuel, de sorte, que le corps n'est pas le même, quoique l'âme & l'animal le soit. Quae vero corpora a deo subtilia facit, ut observante Clar. HANSCHIO, in LEIB-

LEIBNITII principiis Philos. Geometrice demonstratis p. 162. aliquot millions angelorum cum organis suis non occupent spatium unius guttulae aquae. Similia habet in principiis philos. quae extant in Act. Erudit. Lips. Tom. VII. Supplement. Sect. XI. p. 500 - 514. Et quemadmodum idem HANSCHIUS l. c. adnotat, LEIBNITIUS in epistola Brunsuiga IV. Sept. 1695 cc xvi. ad ipsum data inquit, omnem Monadem esse incorporatam, seu corpus suum organicum habere, atque ita vivam esse; & uti omne vivum adpellari possit monodatum, quod ab una monade dominante vegetetur; sic dici vicissim posse, omnem monadem monodare, seu corpus aliquod vivum vegetare, sed non ipsam monodari. a. Supponit, omnes animas, futuras olim animas humanas, perinde ac animas aliarum specierum, in semine, & in majoribus, ad Adamum usque, fuisse, atque ita a rerum initio semper extitisse in speciebus corporum organicorum; epist. V. ad CLARCK. jam cit. J' accorde une existence aussi ancienne, que le monde, non seulement aux ames des Betes, mais generalement a toutes les Monades, ou substances simples, dont les phenomenes composés resultant, & Theodic. p. 282. nec non princip. §. 77. Quam hypothesin etiam fovisse SWAMMERDAMIUM, MALEBRANCHIUM, BAYLIUM, PITCARNIUM, HARTSOECKERUM, aliosque viros celeberrimos, & per observationes microscopicas LEUWENHOECKII, & aliorum insignium observatorum, sufficienter illustratam, stabilitamque existimat. Vult a. in animalibus spermaticis, quorum nonnulla actu elevantur ad gradum maximorum animalium, ope conceptionis, & ad theatrum majus progrediantur, inque animalia alterius speciei transformentur, hinc electa dicta,

C 3

quo.

quorum parvus admodum numerus fit, opposite ad non electa, quae speciem suam non mutent per conceptionem, diu ante actualem corporum humanorum existentiam, hospitari animas illas, sed tantum, ut sensitivas, & animales, perceptionibus, & sensibus, non vero ratione, praeditas, usque dum tempore conceptionis, quo ex animalculis corpora humana per augmentationem, vel transformationem, producantur, & animae animalculis sociatae, sive modo naturali, sive peculiari quadam, & extraordinaria, operatione, aut transcreatione divina, ex sensitivis, & animalibus, rationales sunt, atque ad gradum perfectiorem, statim nempte rationalitatis, eleventur. Quia explicacione admissa, tolli posse putat lites, ac confusiones, omnes, quae heic in Philosophia & Theologia occurrant, quandoquidem multo mage Deum deceat, animae peccato Adami jam physice, aut animaliter, corruptae, quae semel sub peccati dominio, & ad illud actu patrandum, quam primum homo rationis usus capax, parata sit, novam perfectionem, nempe rationem, largiri, quam creatione, aliove modo, animam rationalem corpori immittere, in quo moraliter corrumpatur.

§. XVI.

Cujus naevi indicantur.

Verum enim vero ignoscant Manes Viri Illustris, quod ipsi non subseribam; haud pauca enim huic ejus ratiocinio inesse deprehendo, quae cum analogia verae, fanaeque Philosophiae pugnare, & idcirco aliquam ^{enim} mereri videntur.

Quorum primus, quod non datur animae a corporibus organicas liberat,

§. XVII.

Inter ea refero I.) adsertum, quod in ordine naturae non existant spiritus puri, a materia, corporibusque organicis, prorsus separati. Quod ceu oppido falsum merito

rito rejicio I. namque innititur illud falsae hypothesi, quod omnis spiritus, tanquam actus, indigeat *subjecto*, vel *materia subfrata*, cui insit, & absque qua subsistere nequeat, quae vero merum est *praejudicium*, inde ortum, quod a *rebus corporeis*, in quibus omnis motus, & actus, accidentalis, & *subjecto*-inest, concludi soleat ad spirituales, in quibus actus *essentialis*, ac substantialis est. Non semper ad *re* esse requiritur aliquid corporum, visibile & imaginabile, sed sufficit, si quid habeat propriam *essentiam*, si possit concipi, & ad *re* existere, si actu ipso sit. Vnde evidens, id quod agit esse, utut nihil sit aliud, quam actio, actumque purum esse posse ens aliquod per se subsistens, seu substantiam absque materia. Et quid dicemus II. de *angelis*, qui etiam spiritus a Deo creati sunt? *Deum enim eximere spirituum numero* videtur *LEBNITIUS*, dum memorat *solas creature rationales, mentes creatas*. An hi pariter, uti vult *Vir laudatus epif. ad HANSCHIUM* jam citit, dum angelos *Spiritus esse statuit, sed semper corpora induitos, et si minus iisdem affixos, quam sunt animae nostrae s. in primis urgens consensum Patrum, tam Graecorum, quam Latinorum*, nec non totius Scholasticorum Theologorum chori, duce *Thoma s. corpusculis istiusmodi organicis-induti?* Quem errorem complures ex veteribus, ac recentioribus, ecclesiae Doctoribus errarunt, & nos alibi destruximus. Quid III. de *mente humana*, quamdiu est in *corpo*? Annon & absque *corpo* se existere posse intime sentit, multa etiam operatur sine *corpo*? Annon datur *intellectio pura*, qua mens sine ope sensus, & *imaginationis*, multa, v. gr. res cogitantes,

tantes, in primis cogitationes proprias, veritates, axioma, corporis nudam extensionem, proprietates & affectiones varias, quæ a sensibus proprie & proxime non deteguntur, percipit? An non multa sunt in intellectu, quæ non prius fuerunt in sensu? An non concepire spiritus noster potest, se nullum habere corpus, vel de existentia sui corporis dubitare, quia nexus inter se, & res extra se, nondum plane perspectum habet, interim de existentia propria certus esse, sequitur substantiam cogitantem mansuram, intelligere? An non conatus nobis appetitus boni summi & æterni, metusque mortis, & status mentis, post mortem corporis? An non denique dantur motus mentis ecstatici, ut, num quis in corpore num extra corpus, sit, nesciat 2. Cor. XII. v. 2. Immo quid de mente post corporis obitum? An non illa, ab omni cum corpore commercio soluta, nihilominis superstes est? vel an corpore destructo, mens quoque destruitur, quod principium Epicureum est, & in detrimentum immortalitatis animæ cedit. Quæ porro IV. necessitas nos cogit, ut singulis animabus creatis adscribamus sua corpora, cum ne quidem menti humanae unio cum corpore sit naturalis & necessaria, quin duæ illæ essentiae toto cœlo sint diverse, quæ mutuo sese ponunt, ac tollunt, quarumque conjunctio a liberrimo voluntatis divinae arbitrio unice pendet? Tandem V. & illud non satis mirari possum, quod, cum nemo mortalium hactenus inventus sit, qui stupenda illius mentis nostræ cum corpore nostro unionis modum fatis concipere potuerit, eo prolabantur nonnulli, ut, nulla necessitate urgente, ad unam omnibus

omnibus mentibus finitis corpora organica, in quibus hospitentur, adjungant, atque ita difficultatem illam in infinitum augeant.

§. XVIII.

Nec minus II.) audax, & paradoxum, est alterum suppositum Leibnitianum, quod omnes animæ, olim futurae animæ humanae, eque ac animæ aliarum specierum, in feminine & in majoribus, usque ad Adamum, atque ita a creationis initio semper, extiterint singula in specie corporis organici. 1. enim fieri nequit, ut animæ liberorum, jam diu ante generationem corporum, sint in parentibus majoribusve. Nam 1. habet hæc hypothesis pro basi ac fundamento doctrinam de animarum creatione simultanea, præexistentialia, necessaria que cum corporibus quibusdam subtilioribus unione, quam in anteced. jam ut erroneam rejecimus. 2. Si certum, quod infra ad liquidum perducimus, animam immediate, tum denum, quando fetus in utero materno perfectè formatus, propriamque vitam vivit, a Deo creari, corporique infundi, ultro sequitur, eam non jam extitisse prius in parentibus, cum impossibile sit idem simul esse, & non esse. 3. Si in parentibus hospitentur animæ liberorum, recurret illico quaestio, in qua ergo parte eorundem sedem suam ac domicilium habeant, an in spiritu, an in corpore, an in solo patre, aut matre, sola, aut utroque simul? utrum horum elegeris, *αττον* erit. Neque etiam 4. multum probant similia aliarum specierum, v. gr. plantarum, animalium, vermium, crucarum, insectorum, quorum LEIBNITIUS Princip. Philos. §. 77. & in Theodic. p. 282. meminit. Praeterquam enim, puod in eo pec-

D

cet,

26. *Disquisitio Theologica, de peccati O. inhaerentis*

cet, quod & plantis, atque animantibus, indiscriminatim adscribat *animas*, quae nonnisi *avarooyas* ipsis competunt: frustra etiam argumentatur ab animabus illis ad animas rationales, & spirituales, cum a re mere *corporeas*, ac materiali, & ejus generatione, ad rem *spiritualem*, ejusque producendi modum, nulla detur consequentia, & heic, si uspiam, illud verum sit, omne simile esse dissimile.

§. XIX.

Immo conjun-
ctim in primo
patente, Adamo,
Quemadmodum vero animae liberorum non habitarunt ante suam cum corporibus unionem in paren-
tibus proximis: sic *b.* multominus in *protoparente*, totius
generis humani stirpe, atque radice, *omnes omnium hominum unquam futuras animas conjunctim habitasse*, credi-
bile est. Nam *a.* sic rursus falso supponitur, animas,
in systematis hujus universi primordio *una creatas*, du-
dum ante corpora quibus unienda, exstissee, cuius con-
trarium in anteced. adstructum ivimus. *c.* Si in Ad-
amo fuerunt animae, vel in *spiritu*, vel in *corpore*, ejus
fuerint oportet, quae sunt duas partes hominis essentia-
les, extra quas tertium aliquid, seu intermedium, non
datur. At *i.* non in *Spiritu Adami* erant. Nam *a)* praes-
posterum, & crassum nimis, conceptum gigneret, si sta-
tuatur, quod, quemadmodum in ovario Evaem omnia
omnium olim futurorum hominum corpora secundum
prima stamina & lineamenta comprehensa, vel in plan-
ta prima radicaliter quasi omnes plantae delineatae fue-
rint: sic quoque in anima Adami, ceu communi quo-
dam animarum fonte, ac receptaculo, omnes haeserint
animaem

animae ipsis corporibus uniendae. Sunt animae spiritus, & actus cogitandi substantiales, quorum alter alteri inesse nequit. Ut in corporibus non datur dimensionum penetratio, sic nec animae, corporibus multo simpliciores, animas immeare & penetrare possunt. Et quot quaeso, eaque diversa b) hoc dato, non fuissent in Adamo cogitandi principia? Tot utique, quot unquam nascituri homines. Quo quid absurdius, magis que $\alpha\phi\lambda\omega\phi\phi\alpha$ vix fingi potest. Neque 2) erant in ipsis corpore, speciatim *femine*, seu *animalculis spermaticis*. Nam I. est omne corpus humanum unius solum spiritus rationalis instrumentum, & habitaculum, non multorum, non innumerabilem. Quidni ergo & corpus Adami, reliquis simile? Non etiam II. eget spiritus ad sui existentiam corpore, quia actus substantialis est, per semicorpum, absque omni materia substrata, subsistens, vid. supra. Praeterea III. si spiritus singuli, olim futuri humani, in Adamo habuissent peculiaria corpuscula sibi juncta, aut certam aliquam corporis seminive Adamici particulam, quantumvis minutam, cogitemus autem inumeras millionum milliones hominum, qui a mundi exordio usque ad finem ejus, vixerunt, vivunt, & etiamnum vivi sunt, quantam non, obsecro, Adamus habuisset feminis copiam, quam corpus immensum, ingentes forte montes mole sua exaequans, haud absimile illi, quod judaei (decepti loco Jof. XIV. 15. in quo nomen $\sigma\tau\kappa$ sensu proprio accipientes de primo nostro parente interpretantur, cum appellative accipi debuerit, & de *Arbamo*, patre Enakim exponi, vid. SELDEN. Otiis Theol. Lib. II. exercit.

ii. §. 15. 16. HEIDEGG. Histor. Patr. Part. I. exercit.
4. thes. 21. SIXT. AMAMA *Antibarb. Bibl.* p. 384.) Adamo tribuunt, nempe quod per omnes quatuor mundi plagas diffusum, & a terra ad coelum usque protensus fuerit, quam tamen plusquam giganteam ejus statutam sacer codex alto silentio regit. Jam vero, si animae illae neque extiterunt *in spiritu*, neque *in corpore Adami*; ergo in eo plane non extiterunt; ergo falsa & erronea est ista LEIBNITII assertio. ^{o. o. 8.} Lubens etiam scirem, unde Vir Illustris hanc existentiae animarum in majoribus, ad Adamum usque, in speciebus corporum organicorum, notitiam hauserit? Non certe ex revelatione externa, in qua ne *ye* quidem, ne vola & vestigium, hac de re extat, quin contrarium doceatur. Neque ex traditione, quandoquidem simultaneam istam animarum existentiam nec Adamus in se ipso, nec alii in Adamo, animadvertere potuerunt; traditio quoque ad Adamum se non extendit, & fallax ut plurimum atque incerta est. Neque porro per *viam idealem*, ex natura, & rationis lumine, quia res facti est, circa quam ratio nil definit. Neque tandem per *viam experimentalem*, nam & experientia heic muta est. Quid ergo? An forsan per *revelationem aliquam extraordinariam*, & *immediatam*, de hoc animarum statu a Deo fuit edocitus? Quis dicet? Nullum adest certitudinis istiusmodi revelationis criterium, & fundamentum. Talem quoque revelationem sibi factam LEIBNITIUS non ait. Vel amens ipsius, Adamo, ex ejus hypothesi, praefens, servavit *memoriam* huius animarum, olim in Protoplasto sibi sociarum, existentiae, quam ipsi postmodum corpori unito insinuavit? Fabula. Quis vel fando tale quid unquam

unquam audivit? Non meminit mens eorum, quae in prima cum corpore suo conjunctione, vix eorum, quae in aetate tenella, seu prima infantia, fecit, qui ergo pristinae suae ante multa annorum millia conditionis recordaretur? Quare nil restat, quam ut dicamus, esse hanc opinionem meram chimaeram, ingenii luxuriantis ratiocinium, proprium cerebri figmentum. Immo vero q. mirum non est, eos qui propagationem peccati O. a parentibus ad liberos per traducem defensunt huic sententiae patrocinari, quoniam ad hanç difficultatem tollendam tota conficta videtur.

ſ. XX.

Accedit y. quod doctrina de *animaleculis seminis parentum*, cui tota illa opinio fere superstruitur, nondum satis probata, quin multis adhuc naevis, atque difficultatibus, obnoxia sit. Demus I. per microscopia observari in semine parentum quaedam corpuscula capite crassiori, & corpore oblongo. Quis autem certiores nos faciet, esse haec corpuscula istiusmodi *animalcula*, seu *corpora organica*, e quibus postea per solam transmutationem, vel augmentationem, corpora humana formentur? Quod enim LEUWENHOECKIUS, HARTSOECKERUS, aliqui visos a se vermiculos in seminibus jacent, nondum adeo exploratum est. Dixerim ego potius, cum in semine calefacto istae bullae, seu corpuscula, pereant, & liquefcant, non solida ea esse corpora, sed *liquida*. Ponamus II. talia corpuscula in semine parentum dari, quae, obsecro, nos necessitas cogit, ut credamus, ea non solum transmutari & augeri in generatione, sed & singulis his animaleculis

Et quidem in
certis quibus-
dam animalecu-
lis.

junctas esse *animas*, uti LEIBNITIUS perperam colligit? Annon longe tutius est dicere, esse particulas feminis crassiores, ex quibus post conceptionem foetus in utero materno quidem formetur, sed ita, ut anima immediate a Deo creata addatur? III. anima, ubi est, ibi *operatur*, quoniam ens est sua natura actuum. At nemo parentum percipit tales animarum in semine operationes. *Nescit* etiam IV. mens, se ante elevationem suam, & cum corpore, quod nunc habet, unionem, tamdiu in tali *animalculo* hospitatem fuisse. V. nititur haec sententia falsae hypothesi de *animarum praecoxistentia*, & cum corporibus unione, de qua supra §. VIII. Et quorsum VI. multitudo animalculorum spermaticorum *inutilis*, quae sapientiae divinae, nil facient frustra, haud convenire videtur? VII. ex mente LEIBNITII haud dubie *singulis* animalculis junguntur animae. At quid fieri cum animabus illis, quae in haerent feminis partibus, quae non impenduntur hominibus producendis, v. gr. eorum, qui caelibes manent, aut liberos ob varia impedimenta non procreant? An hae frustra creatae? Vel an, cessante generatione, pereunt? Vel an in commune suum principium, animarumque quasi receptaculum, revertuntur? Quae cuncta, ut valde absurdia, sic summae Dei sapientiae, sanctitati, bonitati, & constantiae, & diametro repugnant. Neque etiam tandem VIII. ad istam hypothesin amplectendam adducor *autoritate* Virorum Clarissimorum, quos vir Illust. citat. *Theodic.* p. 282. Utut enim ob profundam, solidamque, qua in rebus physicis, mathematicis, historicis &c. pollent, eruditionem,

tionem, Nomina ista caeteroquin magni aestimem, ne-
mo tamen yitio mihi vertet, quod heic ab iis disces-
sum faciam, cum & mei moris non sit auctoritate, sed
rationibus, iisque praegnantibus, vinci; & in prom-
ptu sint alii Viri celeberrimi, si non maiori, aequali
saltē, eruditione incliti, contradicentes, quos illis
oppono; ut taceam quaedam eorundem principia jam
dudum multis visa fuisse oppido suspecta, & paradoxa.

S. XXI.

Iisdem cum prioribus incommodis III. premitur tertium membrum, quod videlicet omnes animae, in animalculis semenis parentum latentes, & quasi involuta-
e, in principio sint sensitivae, & animales, perceptio-
nibus & sensibus, non autem ratione, praeditae, usque ad
articulum generationis hominum, quo ex illis animalculis,
seive per augmentationem, seive per transformationem, cor-
pora humana formentur, & simul animae corporibus illis
organici sociatae, quae antea sensitivae, & animales, me-
dio quodam naturali, aut peculiari quadam, & extraordina-
ria, operatione & transcreatione divina, ad statum rationa-
litatis eleventur, & ex sensitivis, atque animalibus, ratio-
nales fiant. Nam I. gratis denuo supponitur, quod
animae, diu ante corporum formationem, jam insint
parentibus, vid. supra. II. falsum est quod animae illae,
in animalculis seminalibus parentum haerentes, ab ini-
tio tantum sensitivae sint & animales. Quo dato ani-
mae humanae nobilitas prostituitur, deprimitur, in-
que statum bestialitatis ea redigitur, ut similis evadat
animae bruti animantis, cuius etiam natura in vita ani-
mali, sanguine, eiusque, ut & spirituum animalium,

com-

commotione consistit, cuius similiter sensus, & perceptionem tribuunt. III. falsum etiam quod hae animae praeditae sint perceptionibus, & sensibus, non vero rationes; quasi duo haec a se invicem divelli queant? An non is qui aliquid percipit, cogitat? Quid autem cogitare aliud, quam cum conscientia, cum, vel ex, ratione, vel propter rationem, agere? Aut quomodo is, qui aliquid percipit, ratione destitui dicendus, cum ratio, seu primae illae, omnibusque hominibus communes, ideae, & axiomata, quibus intellectus impregnatus, quae propriissime strictissimeque sub rationis nomine veniunt, sint unicum omnis cognitionis, veritatis, scientiae & sapientiae, semen ac fundamentum, unde discimus, sub qua' forma quid percipendum, quare sic, non aliter; item quid bonum, vel malum, justum vel injustum, aequum vel iniquum, quid honestum vel turpe, quid utile, quid non; quorum etiam ceu ad tribunal aliquod, in omnibus colloquiis nostris, disputationibusque, recurrimus, & inde decisionem perimus? Et quoque perceptio saepius cum libertate conjuncta. At ubi libertas, ubi determinatio, ibi est ratio. Nec minus in sensibus, cum internis, tum externis, aliquis rationi locus est, ad eos quippe non solum receptio, sed & perceptio, atque judicium requiritur, quae absque ratione concipi nequeunt, quin eam ubivis praecipitularicem & comitem habent. Falsum IV. quod istae animae in articulo generationis tam ingentem mutationem subeant, & ex animalitatis, sensualitatisque statu, ad statum rationalitatis evanescant, i.e. ex animalibus & sensitivis, qualles

les antea, rationales fiant, idque aut medio quodam naturali, aut transcreatione divina. Quem etiam errorrem jam erravit Nicol. TAURELLUS in *Philosoph. triumph.* p. 24. & 293. Quamvis sibi ipsi non satis hancire constare videatur, dum mox, *an semen animatum sit,* dubitat, mox vero, *animatum esse* dicit, mox, quia *semen nec sensu, nec motu, animam referat, animae ortum ei adscribere absurdum esse,* mox, licet nec sensu, nec motu animam referat, non ob id tamen ea carere dicendum esse fatetur, cum suas ob instrumentorum defectum actiones ipsa nequeat exercere, & tandem p. 27. concludit: *sed haec se absurdum sint, jucunda tamen sunt materia disputationis.* Nam. 1. licet spiritus, secundum *qualitates externas & accidentias,* mutari varie possit, fieri tamen id nequit secundum *essentias* sunt enim *essentialiae rerum immutabiles,* & consistunt in indivisibili. 2. perperam consideratur *rationale ut accidens* hujus subjecti, cum ad ipsam ejus *essentialiam* pertineat. 3. Absurdum quoque dictu, res toto coelo diversas, quae non gradu tantum, sed & specie, differunt, quarumque illa corporei quid involvit, haec non item, quales sunt anima sensitiva, seu animalis, & rationalis, tam *arduum* inter se habere *nexus*, ut altera quasi in alteram mutari, deque ejus *essentialia* participare, possit. Uti ex spiritu, tametsi infinitas *metamorphosis* patiatur, corpus fieri nequit: sic nec ex corpore spiritus. Neque ista elevatio fieri potest 4. *medio naturali,* quod ad tam eximum opus praefundum haud sufficit. Si vero a *Deo* procedit, tunc anima Deum habet auorem, tunc eadem ipsis manent difficultates.

§. XXII.

Quatuor, quod
sic omnes con-
troveriae de P.
O. propagatio-
ne tollantur.
Tandem IV. lubrica quoque, & infirma oppido,
conclusio est, quod ista explicacione tollantur *omnes*
lites ac controversiae super hanc materiam; quippe multo
magis Deum deceat animae, lapsio Adami jam PHYSICE
corruptae, novam perfectionem, nemperationem, dare, quam
creatione, aut alio modo, animam rationalem corpori immit-
tere, in quo MORALITER corruptatur. 1. enim, ut con-
clusio sit firma, & legitima, salvae debent esse omnes
praemissae, nam his salvis salva demum erit conclusio.
At tales heic non sunt, sed erroneae & falsae, v. g.
quod animae extiterint diu ante corpora, quibus jun-
genda; quod animae liberorum jam sint in parenti-
bus suis, sub specie corporum organicorum, & qui-
dem ut animales & sensitivae, immo in Adamo con-
junctim; quod physice in parentibus jam sint corrup-
tæ, quod in generatione ad statum rationalitatis
evehantur &c. Quare nec conclusio salva. 2. Impli-
cat, quod animae in parentibus, *physice*, seu *anima-
liter*, dicantur corruptæ. Non enim corruptio i-
sta tam *physica*, quæ se extendat ad essentiam, vid.
supra §. 34. quam *moralis* est, consistens in abusu fa-
cilitatum, ex corrupto Φενικατι otto. Concipi iti-
dem nequit, cur Deus, si physice animas sensitivas cor-
ruperit, non sit omnis *malitia moralis*, inde profuen-
tis, auctor. 3. Quaeritur unde corruptio illa physica
& propensiō actū patrandi peccatum, quam primum
rationis usus capaces, ad animas, in Adamo hospitan-
tes, pervenerit? An corruptae sint *consensu*, vel *imi-
tatione*, peccati Adamici, & prava aliqua *consuetudine*,
vel

vel an *imputatione*? Prius vix dicent, quoniam ratione, absque qua consensus & imitatio, locum habere nequeunt, ex propria eorum confessione, tunc temporis nondum pollut. Ergo posterius verum. At si hoc, nil juvat istud Leibnitianum effugium, sed eadē difficultas restat. Ut taceam 4. non decere *sancitatem* atque *justitiam* Dei, absque satisfactionis pretio, animae phystice corruptae benefacere, eāmque ad statum rationalitatis elevare. Ut enim Deus creaturam innocentem punire nequit, sic nec cum peccatrice, & qualicunque modo corrupta, nisi se abneget, peccatorique similis evadat, se suaque bona communicare potest. Uno verbo 5. tantum abest, ut ista hypothesis omnem hac in materia difficultatem tollat, ut eam potius augeat, Deique sanctitati, bonitati, ac justitiae, multum deroget. Quare merito eam rejicimus.

§. XXIII.

III. Sunt qui, quod concipere non possint, qui An animaruer
homines ab initio statim, antequam actū peccarint, corruptio agnita.
corrupti nascantur, absurdē cum Gnosticis, Encratitis, & cipio mali deit
Manichatis, veterum Babyloniorum, & Persarum (vid. vanda?
omnino DIOG. LAERT. l. 1. de vit. Philos. PLUTARCH. de Iſid. & Oſrid. p. 396. & IREN. l. 28. 29. TERTULLIAN. de praeſcript. adverſus Haeret. p. 101. 110. & adverſus Marcion l. 1. AUGUST. T. VI. de haeres. ad quod vult Deum n. 6. 14. 21. 22. 23.) veltigia pre-
mentes, DUO PRINCIPIA fixerunt, BONI alte-
rum, alterum MALI, causam, & ut ab illo animam
rationalem bonam, sic ab hoc vice versa corpus, & ani-

mam sensitivam, malum somitem mali & peccati, or-
tum traxisse statuerunt. PFANNER. *ss. Theol. gent.* p.
87. & 256. seq. MUTIUS PANSA *Oscul. Ethn & Christ.*
Theol. p. 53. f. & CLOPPENB. *Oper. Theol.* Tom. I. p.
666. Quem etiam errorem recentiori aetate recoc-
runt Henr. MORUS, & Petrus BAILIUS. At vana
& futile est ista de duplice Deitate sententia, quan-
tas ipsa facile everit. Nam I. dum principium aliquod
extra Deum ponitur, Deo aequale, destruitur omnis,
quam de Deo habemus, *idea*, haec quippe Deum re-
praesentat, ut *unicum & simplicissimum*, a quo, & per
quem, & ad quem, sint omnia, cuique non detur
aliud simile. Multitudinem Deorum natura non pati-
tur. Non enim possunt esse duo primi, nec duo sum-
mi. II. *avversari* ea plane est cum *summa Dei perfectione,*
independentia, omniscientia, omnipotentia, beatitudine, per-
fectionibusque & virutibus divinis reliquis, quae omnem
pluralitatem excludunt, & non nisi uni soli Deo pri-
vative competunt. III. Si bonorum Deus est Bonum
Summum, immo ipsa bonitas, malorum Deus, vi op-
positorum, *summum malum*, quin ipsa pravitas, & ma-
litia sit oportet. At dari malum summum, sicut Bo-
num summum, implicat. Summum malum enim est
aliquid privativum, privatio vero inest alicui subiecto,
nec enim per se ipsa subsistit, atque ita erit in aliquo
hoc malum, quod auctor malorum dicitur; si vero
in aliquo est, bonum est, quia entitate fulcitur, ergo
non est summum malum, quia hoc omni bonitate ca-
ret. Hic etiam Deus, si summum malum sit, neque
intelliger, neque ager quicquam, neque vivet, neque
erit

erit omnino, quia intelligere, agere, vivere, esse, bona sunt experendaque. IV. Dum duo entia sunt contraria, alterum altero *potentius* est, vel *non*, si prius, tunc id, quod infirmius est, a potentiori superabitur; immo si malum & bonum contraria sunt ad invicem, natura vero boni positiva, mali vero privativa, est, & actui semper cedit privatio, necessum erit, malum a bono superari, veluti a fortiori & potentiori; sapientia enim vincit malitiam, per consequens malum non erit Deus. Sin posterius, neutrum potentissimum erit, ideo nec Deus. Immo V. non multum differt hoc figmentum ab atheismo. Qui enim admittit duplex aliquod principium, quorum utrumque independens, & sibi aequale, sit, is vere Dei existentiam negat. Et licet VI. nunquam eo deveniendum sit, ut mali origo *ipse Deo* adscribatur, qualis profana EURIPIDIS vox erat: *hominem diis auctoribus non mirum est peccare*; a qua etiam non ab ludunt, quae Philosophus COTTA apud CICER. de natur. Deor. lib. 3. habet, utpote cui errori, non sanctitas Dei solum, sed & finis omnium ejus operum, refragantur: neque tamen a parte altera etiam providentiae, ac directioni divinae, mali regimen omnino *subtrahendum* est. Sunt haec duo, quod a Deo malum efficaciter pendeat, quodque tamen Deus ejusdem non sit auctor, maxime compatibilia & tum in ratione, tum revelatione, fundata, quamquam modum hujus regiminis ignoremus. Quare peculiari aliquo mali principio non erit opus. VII. Non aliud in finem ab Ethniciis philosophis, S. Scripturae perspicillo destitutis, ista de duabus principiis, sibi invicem oppositis, opinio conficta fuit, quam quod nescirent mali, physici & moralis, son-

tem, illudque Deo bono adscribere non cogerentur. Quae ignorantia & alia opinionum monstra paperit de animarum praecoxitentia, μετεμψυχωση, pyxide Pandorae &c. At gratis eo confugerunt, cum & aliunde aptior huic difficultati medicina parari queat; &, qui non aliam mali originem indicare, aut Atheorum objectionibus contra providentiam divinam non aliter obviam ire, potest, quam per stultissimam illam, absurdissimamque Manichaeorum hypothesin, nae! is revera Atheis victoriam concedit. VIII. Palam etiam est, nec Platonem, nec Empedoclem, nec Pythagoram, quos, pro suo errore statuminando, adverteri citant, tale quid de bono, & malo, Deo sensisse, sed unum verum esse Deum bonum, a quo sint omnia, ita tamen, ut mutabilium bonorum defectu mala fuerint exorta, adfirmasse. Et quae Gellius atque Virgilius, de Vejove, & laevis nominibus locuti sunt, nil aliud innuere potuerunt, quam justitiam puritivam bono Deo competere. Propter scelerum vero punitionem duos ponendos esse Deos, quis dixerit? cum idem Deus & bonis praemia conferat, & malis poenas infligit. Plura, quibus hoc figmentum confutari possit, non addo, adeo enim illud impium & absurdum est, ut ei nemo orthodoxus non dixerit anathema.

§. XXIV.

Sententia de traduce proponitur.

IV. Reliquae conciliationes fere omnes vel ad traducem referri possunt, vel ad creationem. Et quidem sunt & qui huic difficultati medelam quaerunt doctrina de propagatione animarum per TRADUCEM: qua scilicet, ut lumen a lumine accenditur, sive, ut SCALIGERI verbis utar, a lampadis flamma flumma excipitur,

illa

illa nihilo secus integra manente; vel *radii ex corpore solari efflunt*; vel *ramusculus arboris avulsus, retinendo vitam suam, in alium truncum, aut terram traducitur*; vel denique *ex semine parentum corpora infantum, una cum ataza, motibusque pravis, ac perversis, sanguinis producuntur*; sic pariter *ex semine corporeo, cœu vehiculo quodam, aut ab animabus parentum, animae & cum iis corruptio naturalis, parentibus inhaerens, ad liberos propagetur*. Et vero haec sententia haud paucos, non ex antiquis solum, sed & sequioris aevi, Doctoribus, adseclas atque patronos habet. Iam olim animam esse ex traduce EPICURUS tenuit, semen definiens per τον σωματος και της ψυχης αποστασια. In veteri Ecclesia TERTULLIANUM, APOLLINARIUM, LUCIFERIANOS & Occidentales, teste AUGUSTINO Op. Tom. II. p. 715. & HIERONYMO epist. 45. ad Marcellin. & Anaphylch. eam defendisse constat. Neque multum etiam ab hac doctrina abhoruisse, saltem in medio eam reliquisse, ipse AUGUSTINUS videtur epist. 157. ad Optat. & epist. 28. ad Hieronym. & lib. I. retractat. cap. 1. & lib. 10. in Gen. c. 23. qui & inde Traducianae nationis primas a Juliano contemptim vocabatur, ut videre est apud illum lib. I. Operis imperf. contr. Julian. Ipsi LACTANTIO quoque tribuit RUFFINUS, quod animam ενεργουμενη dixerit, quod se non legisse ait HIERONYMUS lib. II. advers. Russin. & aliud est conseminalatam animam statuere, id est, una cum semine immisquam; aliud eam a semine, tanquam a materia, adductam. Quos abhinc sequuti sunt e recentioribus haud ignobiles Theologi, etiam ex nostris,

GEORG.

GEORG. SOHNUS, PHIL. MARNIXIUS, COMBACHIUS, aliisque. Ipse MELANCHTHON lib. de anima nil certi determinare heic audet. MUSCULUS *et nos* suadet, & PISCATOR suum cuique judicium relinquit. P. MARTYR. itidem ex S. litteris opinionem de traduce expugnari posse, negat. Ut alios taceam. Nic. TAVRELL. quoque in *Phil. triumph.* p. 24, huic sententiae faveat: dicens: *cum tamen animatorum semen sit, inque animalis utero hominis generatio fiat, simul cum spiritibus utriusque sexus, anima foeti forsan infundi videbitur, ut animae, quemadmodum plurimi ab uno ignes, oriuntur, cuius sane rei fidem nobis facit innata nobis imperficio: Nam se coelitus animae corporibus immitterentur, purae forent, nec parentum, a quibus non prodeunt, jure fierent haeredes.* Et omnino p. 292. f. ubi vid. ipsum. Praecipue vero haec hypothesis hodie paßim a Lutheranis adopratur, quos citatos vide apud GISEBERT. VOETIUM *Disspp.* P. I. p. 1094. 1095. Quamvis tamen & hi iterum diversimode hac in re sentiant. Quidam enim vocem traducis respnuunt, neque animam per traducem corpori infundi adserere audent, sed generatim dicere malunt, *totum hominem a toto homine generari*, secundum corpus & animam, & quidem, transfuso semine, transfundi totam naturam unius in alteram, non solum qualitatibus, sed etiam ipsa corporis, & animae, substantia. Alii statuant, animam rationalem, non quidem simpliciter e potentia materiae educi, sed ab anima parentis, atque cum semine, cui insit, tanquam vehiculo, in ipso conceptus momento, communicari soboli. Idque vel per divisionem, & frustulationem: vel per immisionem.

nutionem; vel denique per talem propagationem, qua anima instruta sit, vi quadam semet ipsam promovendi & multiplicandi, inque ipso actu generandi, positis omnibus ad generandum requisitis, ejusdem naturae, cuius ipsa est, substantiam producendi. Quam etiam sententiam amplectitur SAM. MARESIUS in exegesi confess. Eccles. Belgic. p. 226. Alii contendunt, animam rationalem e potentia seminis educi. Multi tamen ex iis (in primis Jenenses, Helmstadienses & Tübingerenses, vid. LEIBNIT. Theod. p. 275.) ad nostram sententiam accedunt, animamque, non a parentibus per traducem, sed a Deo immediate, produci, corporibus inspirari, inque iis corrupti, credunt.

S. XXV.

At enim vero, quis non primo statim intuitu, si refutatur, vel paulisper hanc hypothesisin examinarit, mecum intelligit, eam a veritate omnimodo esse alienam, ut, qui eam propugnant, nunquam naturam animae vere percipisse, neque ex certis rationibus eam defendere, merito dicendi sint. Quare & siure eam WHITACKER. l. 1. de pecc. orig. c. 8. erroneam atque incredibilem adpellat. Id quod sequentibus rationibus evinco.

S. XXVI.

I. enim a vero alienum est, totum hominem generari a toto homine, ex corporali semine. Ut tamen illud certum sit de corpore, cuius parentes sunt causa instrumentalis: neutiquam tamen admitti potest de anima rationali, quae ceu partium, divisionis, & decisionis omnis expers ex materia generari, & per decisionem traduci nequit, Deique immediatum opus est. Neque enim 2.

F

adeo

Non generatur
anima ex cor-
porali semine
parentum.

deo absurdus & stultus quis erit, ut fingat animā rationālem quoq; seminari, i.e. ex *semine parentum* produci, quemadmodum pecudum animae brutae cum corporibus seminantur: cum ea sit alius plane, totoque coelo a corpore diversae naturae, ipso etiam multo praestantior atque nobilior; & in semine nulla ratio detur, quae animam ex se fundat, cui membra, in utero matris facta, moyenda & regenda subjiciat; nullumque extet in rerum natura exemplum, rem incorpoream posse ex corpore nasci, aut transmutari; quin anima, si cum corpore generaretur, & per materiam traduceretur, non posset per se, sola, & extra materiam, subsistere. Quod enim pendet a materia quod ad fieri, ab eadem pendet quod ad existere. Ut vere dixerit AUGUSTINUS epist. 157. ad *Optat.* *Si anima ex seminali virtute propagatur, carnalem esse animam necesse est;* & merito hanc opinionem PAREUS in *Gen. II. v. 7. Vol. I. p. 63. a. brutam & peccuniam,* vocarit. Adi etiam HEIDEGG. *Corp. Theol. p. 233. a. & DAN. TILEN. Synt. Disp. Theol. p. 244.* nec non *Thesaur. Theol. Sedan. Vol. I. p. 206. f.*

§. XXVII.

*Nec minus falsum est II. pollere animam vi quadam
anima eorum, mea
intrinseca semetipsum angendi, aliamque animam sui similem
re volendo.* Nam 1) haud dubie haberet aliquam tam
eximiae facultatis notitiam, cum substantia sit sui, sua
rumque actionum, intime conscientia, & quicquid operatur,
sciens operetur, volensque. At talem, si vel inti-
ma sua, quam fieri potest, accuratissime, excutit, in se
non deprehendit. 2) Omnis multiplicatio involvit ali-
quid corpori, & aliter quam per seminationem fieri ne-
quit

quit, qualis cum natura, & simplicitate, mentis & diametro pugnat. 3) Fieri non posset illa mentis a mente generatio nisi ex *nihilo*, solo voluntatis *jussu*, per novae substantiae procreationem: dictu namque absurdum, *materiam*, ex qua mens nova per generationis legem gignatur, in mente gignente contineri, uti v.gr. in parentum semine est materia corporum formandorum, quae in generatione absconditum; cum pars nulla in mente ostendi queat, quae materiae loco sit. Novam substantiam vero, ex *nihilo*, mere volendo, producere, filius Dei καυχησαι, & infinitae virtutis & potentiae, opus est, qualis nulli creaturae competit. Ne stipulam quidem, & pulvisculum, nos miseri homunciones volendo movere valemus, multo minus adeo nobilem effectum, qualis est anima humana, ad voluntatis nutum, ex *nihilo* sistere. Et cur id anima humana magis poterit, quam angelus? An id competit omni spiritui, qua spiritus est, an vero tantum quia incarnatus? Merae sunt conjecturae. Et frustra tandem 4) ex potestate, quam Deus possidet, alias mentes a se distinctas generandi, concludunt, tales quoque vim productricem, seu perfectionem, ad complendam imaginem divinam necessariam, in mentibus humanis reperiri, eamque in rem nimis crasse aliquando abutuntur ipso mysterio generacionis Filii. Nam vero, tametsi largiamur, extare umbram aliquam perfectionum divinarum in mente, ad imaginem Dei condita: minime tamen mentis finitae perfectio, ob infinitum, Creatorem inter, & creaturam, discrimen, ex perfectione mentis infinitae censeri debet, quandoquidem in libertate supremi Numinis positum

F 2 erat,

erat tantum perfectionis mentibus finitis concedere, quantum ei lubuit.

§. XXVIII.

Tollitur hac do-
ctrina animae
spiritualiarum.

III. Parit haec doctrina $\alpha\lambda\omega\gamma\sigma$, crudumque nimis, de mente conceptum, quasi ea corporeas, materialis, ac divisibilis sit, ex variis partibus constans, quarum nonnullae animabus parentum decadere, liberorumque animabus accedere possint; cum mens substantia plane immaterialis, ab omni partium consortio immunis, &c, uti in essentia, sic & operationibus suis, simplex sit. Quare ex iisdem argumentis, ex quibus animae materialitatem destruimus, hoc etiam systema labeficit. Huc pertinet illud AUGUST. apud HIERON. in dial. de orig. anim. qui animas ex una propagari afferunt, quam Deus homini primodedit, atque ita eas ex parentibus trahi dicunt: si Tertulliani opinionem sequuntur, profecto eas non spiritus, sed corpora, esse contendunt, & corpulentis seminibus oriuntur. Quo perversius quid potest dici? Et hoc est, quod ait HIERONYMUS in apolog. adv. Ruffin. Si anima coepit ex traduce: humanarum igitur animalium, quas aeternas fatemur, & brutorum animalium, quae cum corpore dissolvuntur, una conditio est. Ideo enim brutorum animae interitui subjacent, quia ex potentia seminis, & materia carnis, educuntur.

§. XXIX.

Et Immortali-
litas.

Sed & IV. animam facit omnino mortalem ac corruptibilem. Qui enim animae ortum seminali virtuti adscribunt, ejus immortalitatem tueri nequeunt. Similis enim est modo oriendi modus intereundi, & anima materiae, ab agente certo modo dispositae, originem suam debens, absque omni dubio, dissoluta, mutataque,

taque, materiae dispositione, & conformatione, interbit quoque, & in nihilum redigetur, quaemadmodum liquefacta cera, ejus figura, & ligno, e quo statua facta, combusto, ejus forma perit. Sed & illi, qui animam hominis ab anima produci, sicut lumen a lumine accenditur, existimant, excusatius licet errent, eam tamen mortalitatis tacite accusant. Quod si enim una, vel altera, particula menti parentum decidi, & cum liberis communicari possent, quidni & reliquae omnes? Ecur non mens in partes, e quibus constaret, denuo resolvi atque ita corporis, aut vitae animalis, instar tota perire, & destrui quiret? Errant enim, qui dicunt animam rationalem non esse sua natura immortalem, sed tantum ex gratia, ideoque mirum non esse, si plures earum (illae nempe, quarum corpora ad debitam perfectionem non devenirint) iterum corrumpantur: cum animae spiritualitas eam quoque naturaliter corrumpi non posse importet, Deum vero hujus corruptionis auctorem animaeque destrutorem flagere impium, ejusque perfectionibus, ut & Scripturae, propriaeque cuivis conscientiae, testimonio contrarium sit. Unde recte HIERONYMUS de orig. anim: *Si anima eandem cum corporibus originem sumit: simul cum corporibus corrumpatur, necesse est.* Et THOMAS AQUINAS T. I. Summ. Quæst. 118. art. 2. ait, haereticum esse, fateri, animam ex traduce oriri, quod hac conclusione colligit: ponere animam intellectivam a generante caussari, nihil est aliud, quam ponere eam non esse substantiem: & per consequens, corrumpi eam etiam cum corpore, & ideo ha-

reticum est dicere, quod anima intellectiva traducatur cum semine.

§. XXX.

Alii eius haevi,

Praeterea V. illi, qui animae rationalis propagationem per traducem defendunt, explicare sufficienter nequeunt, neque a quibus, neque quando, neque ubi, neque quomodo, anima rationalis sic producatur. Singula capita examinemus ordine.

§. XXXI.

Non definit generationis animae causam,

8. Ostendere non possunt, qui hanc animae generationem tuentur, a quibus ea procedat, & an ab alterutro parente, an a solo patre, vel a matre sola, vel denique ab utroque, ejus ortus deducendus sit. 1. Qui ab alterutro parentum traducem derivant, explicent, cum anima rationalis secundum essentialia in utroque parente eadem sit, qui fiat, quod in uno possit traduce se augere, in altero non possit? Aut, si in utroque multiplicandi facultas ipsi comperat, quomodo ea in alterutro non frustra sit, cum nunquam in actum deducatur? Aut quare, cum modum generationis hominis, aliorumque viventium, similem semper urgeant, heic ipsi met disparitatem constituant? Aut denique, quae causa sit, quod in horrendo illo Sodomiae crimen, dum homo cum bruto confuscit, non producatur anima rationalis? 2. Qui a solo patre animam producere existimant, declarant, cur non & a matre? Cum uterque parentum ex aequo sit principium generationis. Et annon sic proles, ob communicatam ipsi partem nobilorem, patris tantum, non item matris, futura? Quid porro iudicent de ortu animae rationalis Salvatoris nostri Jesu Christi,

Christi, quam si non a patre Josepho per traducem, sed immediatam creationem, a Deo, accepisse, concedant, quidni idem de aliis adfirment? 3. Qui a matre sola ejus originem deducunt, itidem sobolem solius matris, non patris, faciunt. Quomodo patrem perpetram ista propagatione privant, ceu primariam, & maxime activam, generationis caussam; ut taceam, generationem ita non per virum, & foeminam, fieri, contra Dei institutum: *crescite & multiplicamini*, Genes. I. Denique 4. qui ab utroque parentum animam generando propagari, atque ita a duabus cauiss, seu totalibus, seu partialibus, generationem dependere contendunt, e medio plane tollunt animae indivisibilitatem, simplicitatem atque immortalitatem. Ostendere etiam nequeunt, qui duae illae animae, ab utroque parente productae, substantiae simplices, & partibus destitutae, in unam coalesceant, & misceantur, vel quomodo animae parentum maneant integræ, si toties in generatione dividantur &c. Egregie LACTANTIUS lib de opific. Dei cap. 19. Illud quoque, inquit, venire in quaestione potest, utrum anima ex patre, an potius ex matre, an vero ex utroque generetur. Sed ego id meo jure ab ancipiis venvido. Nihil enim ex his tribus verum est, quia neque ex utroque, neque ex alterutro, seruntur animae corporibus. Corpus enim ex corpore nasci potest, quoniam consertur ali. quid ex utroque: de anima anima non potest, quia ex re tenui, & incomprehensibili nihil potest decedere.

§. XXXII.

5. Tempus quoque generationis animarum igno. Nec tempus, rant, utrum scilicet illa in ipso maris cum femina congres-
fū,

su, utrum ante, vel post ipsum, eveniat. Si in ipso con-
junctionis actu, difficultas recurrat, qui anima simplex,
& indivisibilis produci queat, caussis duabus totalibus,
seu partialibus. Immo quaeritur qui fiat, ut si tem-
pore coitus non eodem momento uterque parens se-
minet, sequatur nihilominus hominis conceptio animae
rationalis, aut si, utroque debite agente, & semen
prolificum emitte, vel ob vitium uteri, vel ob ter-
torem, metum, aliasve caussas, non fiat conceptio,
ubi tunc maneat anima rationalis? Si ante congressum,
quid fiet cum anima, si vel congressus impedia-
tur, vel semen ante eum, qualicunque modo, effundar-
tur, vel conjiciatur in matricem inconvenientem? Si
denique post congressum, qui agit pater, cum agere de-
sist? Vel an mater sola generat animam, cum non
generatur homo? Vel an alio tempore pater generat
hominem, alio mater? Quo quid absurdius dici, aut
existimari vix potest. vid. Rob. BARONIVS *metaphys.* p.
259. seq.

nec locum,

§. XXXIII.

a. Nec minus haerent circa locum, in quo illa ani-
marum generatio fiat. Sive enim in testibus, sive in
parastatis, sive in utero matris, sive alibi, eam fieri ad-
ferant, nunquam non in multa absurdita, nodosque in-
solubiles, incident. Sic namque non admittere solum
debet plures caussas conspirantes ad unum effectum
indivisibilem, quod ~~exponit~~ sed & explicare nequeunt,
ubi, si, cunctis recte se habentibus, generatio non
succedit, maneat anima rationalis, vel ubi maneat
seu integra anima rationalis, seu partialis uniuscujus-
que partialis agentis effectus, in impura specierum
com-

commixtione; vel denique, quomodo, si in utero matris anima generetur, patris anima ab utero distanicum anima matris concurrat ad productionem animae foetus?

§. XXXIV.

Tandem & modum, quo anima rationalis pro. ^{Nec modum,} ducatur, nesciunt; an actio illa, qua anima animam generat, sit *naturalis*, aut *voluntaria*, & *libera* an fiat per modum *influxus* & *emanationis*, aut per modum *volitionis*, & *creationis*; qua ratione ad ita agendum anima moueatitur; an id fiat *spirituali* an alia quadam ratione a *materia dependenter*, ad minimum *occasionaliter*? Vnde firma tandem oritur conclusio: si neque animae producendae *causam*, & *originem*, neque *tempus*, neque *locum*, neque *modum*, parentes sciunt, ergo per traducem eam non generant, & generando propagant.^{o.e.s.}

§. XXXV.

VI. Si propagatio animae per traducem fieret a *Non tota anima parentibus*, vel *tota parentum anima propagari ad so-*
bolem deberet, vel pars, seu portio ejus. At non tota, neque pars eius. ^{parentum ad liberos transit;}

quia sic parentes exanimarentur, nullamque animam reliquam seruando in statum brutorum redigerentur, & quot foetuum conceptus forent, tot parentum mortes sequerentur: sive etiam in uno foetu *duae*] numero animae existent. Non etiam pars quaedam, quippe partes anima non habet, ita quoque materialis, composita, & diuisibilis statueretur, quae totam eius natu-ram, verumque, quem de anima habemus, conceptum funditus euertunt. Ut taceam, concipi non posse, qui

G duae

duae illae partes, ab anima patris & matris decisae, in
sobole coalescere, & ynam substantiam simplicem effi-
cere, queant; deficere quoque animas parentum, si o-
mnibus natis animas ex sua impertiri deberent, cum vi-
ginti & amplius interdum ex uno parente nascantur
liberi.

§. XXXVI.

*Repugnat etiam illud adserendum de traduce cum
dux S. Scriptur
rac.*

VII. Pugnat etiam illud adserendum de traduce cum
Num. XVI. ¶. 12. & Hebr. XII. ¶. 9. ubi non tantum
Deus expresse dicitur pater spirituum (non spiritualis, ut
LUTHERUS in posteriori loco, aliquie, interpre-
tantur, quia sic dicendum esset pater spiritus, ex noto
Hebraismo) propter creationem nempe ex nihilo,
cum, licet corpora etiam Deum auctorem habeant
Job. X. ¶. 8. seq. Ps. CXXXIX. ¶. 15. ea mediate ta-
men ex semine parentum confiantur; sed &, ut ta-
lis opponitur patribus carnis, seu corporis, manife-
statio indicio, animas rationales a parentibus non generari.
Quod si enim & illae a parentibus aequae ac corpora-
forent, inepta heic foret sententia, & oppositio, at-
que illi dicendi patres & carnis, & spirituum. Nec
minus pugnat cum omnibus illis locis, in quibus Deus
dicitur dare spiritum *Gen. II. 7. Ecclef. XII. 7.* non com-
muni datione, per concursum cum caussis secundis,
quo pacto etiam dat corpora, at immediata, & pe-
culiaris, quae corpori non competit, & alia esse quam
creatio nequit; neque dare primo homini duntaxat, sed
& universo generi humano *Jes. XLII. 5. & formare spiri-
tum in medio hominis Zach. XII. 1.* immediate iterum,
quemadmodum immediate extendit coelum, & fun-
davit terram. Hinc etiam est, quod Deus ex Adamo
solam

solam offūm & carnis materiam defumserit, ad formandam Èvam, animam autem ex nihilo creatam postmodum illi infuderit, quodque Adamus Èvam non animam de anima, sed carnem de carne sua, & os de offūbus suis vocarit Gen. II. 22. Cum autem in prima hac protoplastorum formatione exemplum aliquod fuerit formationis posteriorum, hinc utique colligimus, animas non oriri ex traduce. Docet idem quoque consensus *tur* ē ad Exod. XXI, 22. statuentium mulieris gravidae percussorem tum demum morte esse dignum, si emittratur τὸ παιδίον ἐγκονιόμενον, ac proinde animam non cum semine ad generationem apto transfundi, sed in corpus organicum immitti. Docet id ipsum tandem exemplum animae Christi, quae, cum Christus secundum carnem non habuerit patrem, a patre non fluxit. Quomodo vero, si, ut quis sit de stirpe Adami, oportet habere animam, a patre traductam, Christus non poterit filius Adami, nec Davidis, adpellari.

J. XXXVII.

Neque VIII. multum lucis foeneratur haec opinio ex allatis §. XXIV. similibus candelae, ramusculi arboris, generationis corporum, quibus explicare solet. Praeterquam enim, quod petita ea sint a rebus corporeis & a materia dependentibus, a quibus ad res spirituales, & immateriales, ob infinitam inter vrasque distantiam, non valet argumentatio: datur etiam in omnibus illis exemplis quaedam particularum a se in vicem separatio, atque decisio. Sic cedula candelam accendere nequit absque sui divisione, diminutione, particularumque ignearum decisione, quae transmit-

¶ Disquisitio Theologica, de peccati O. inhaerentis

tuntur a face accensa ad extinctam. Ex sole quoque particulae subtilissimae effluunt, lucem & calorem efficientes. Reliquae generationes corporum, humani, animantium, plantarum, concipi similiter nequeunt, nisi per itiusmodi partium abscissionem, & ad corpora generanda transitum. Qualis cum in anima locum habere neutquam possit, illa similia, eeu maxime dissimilia, & aliena, omnino rejicimus, utpote quae thesin subjectam ne quidem illustrant, multo minus probant. Pulchre AUGUSTINUS epist. 157. ad Optat. T. II. p. 713. mirum est, si ullus sensus comprehendit humanus, quoniam modo tanquam lucerna de lucerna accendatur, & sine detimento alterius inde ignis existat, sic anima de anima parentis fiat in prole, vel traducatur in prolem: utrum incorporeum semen animac, sua quadam occulta & invisibili via seorsum ex patre curvat in matrem, cum sū conceptus in foemina: an quod est incredibilius in semine corporis lateat. &c.

¶ XXXVIII.

Neque aliquid valet auctoriæ.
cas.
Frustra quoque IX. traducis patroni se tuentur auctoritate TERTULLIANI, AVGUSTINI, aliorumque, cum veterum, tum recentiorum, Ecclesiae Doctorum. Nam 1. antiquitas rem non facit veram, sed eiusdem curationis, vel reuelationis, lumine concentus. Seu verus verum, seu novum, diligendum est. Neque tam diligentium nos movere debet auctoritas, quam, quid dixerint, attendendum, & qua ratione probarint. Notum etiam 2. Patres ab erroribus non fuisse immunes, sed tales subinde errasse, qui ab analogia fidei longissime recedunt. Id quod 3. de TERTULLIANO eo minus min-
ran-

randum est , quia apud eum aliae quoque satis corporae , crassaeque expressiones , de rebus immaterialibus , angelis , ipso Deo , (quamuis non desint , qui heic eum defendant) occurunt , in quibus non multum differre videtur ab eorum inter gentiles sententia , qui animam corpoream esse professi sunt . vid . de *Zertull.* AVGVSTINVS T. II . p. 712. 4. Quantum ad AVGVSTINV M attinet , falsum est , eum simpliciter doctrinam de traduce defendisse . Quanquam enim eandem aliquibus in locis non improbat prudentissimus pater : forsan quia verebatur , ne , si propaginem non teneret , vel peccatum originis contra PELAGIVM tueri posset , vel si diceret , Deum creare animas prorsus novas , & eas innocentes membris humani corporis injicere , Deum peccati orig. auctorem facere cogererur , vid. epist. HIERONYMI ad Marcellin. & Anaphib. & epist. AVGVSTINI 28. ad Hieron. , in primis epist. 157. ad Optat. & alibi passim ; vid. etiam LIBERTVS FROMONDVS Philos. Chriſt. de anima p. 810. f. quem utrumque eius metum frustraneum fuisse , in doctrina de P. O. plenius explicatur : in aliis tamen ipse traducem omnino rejicit , deque nibilo fieri quotidie a Deo animas adserit T. III , p. 883. Non traducitur (anima rationalis) a patre in filium , nec una sit anima amborum . Sicut , inquit Dominus , anima patris , sic anima filii , mea est . Nec pars animae patris in filium , dum generat , se transfundit . Partiri namque seu dividi , augeri , vel minui pro substantia sua spiritus nescit : Non enim potest esse maior , sed melior ; Si enim particulariter transfundenderetur , corporeus esse probaretur . Quod se , ut delirant aliqui , semen animae ex semine carnis deberet

generando transfundi, multa quidem in honesta, & impossibilita possent exinde exclamari, quae de spiritu rationali nec dici debent nec opinari. Indecens enim est, obscena retexere, & male sua carnis semina denudare. Dicimus autem rationales animas pro essentia fieri quotidie de nihilo novas, sed pro simili natura ex institutione divina, non utique novas. Quales enim in exordio Deus die sexto masculo & foeminae dedit, tales quotidie inspirat singulis, noua de nihilo creatione, non nova institutione. Pater, inquit, meus usque modo operatur, & ego operor. Et statim: caro de carne generando traducitur, sed spiritus de spiritu minime propagatur. Nec non T. IV. p. 713. An ex traduce sint animas, sicut & corpora? In honestum puto, si dicantur animae cum corporibus generari, ut anima nascatur ex anima, quod nec animae ipsi competit: aut si certe singulae coelestes potestates factae sunt, & ex ipsis caeterae natae sunt, potest ex una Adae anima credibile videri caeteras nasci. Sed non convenit, quia soli Deo hoc possibile fuit, ut simploz generaret, nec caeteris concederetur. Eiusque absurditate in multis inconvenientiis ostendit T. II. p. 713. Nutat potius AUGUSINUS in hac quaestione, & secum ipse dissidet, oper. T. I. p. m. 691. dicens: Harum autem quatuor de anima sentientiarum, utrum de propagine veniant, an in singulis quibusque nascentibus novae fiant, an in corpora nascentium jam alicubi existentes, mittantur divinitus, vel inde sua sponte labantur, nullam temere affirmare oportebit. Aut enim nondum ista quaesitio a divinorum librorum catholicis tractatoribus pro merito sua obscuritatis & perplexitatibus evoluta atque illustrata est: aut si jam factum est, nondum in manus nostras huiuscmodi litterae pervenerunt. Tantum adsit fides nihil de substantia creatoris falsum, indignum
fenz

sentiendi. *Ad illum enim teudimus itinere pietatis.* Et tam ardua, explicatique difficultis, visa fuit haec doctrina de propagatione peccati AUGUSTINO, ut in ea endanda nunquam satis sibi facere potuerit. Quare lib. V. advers. Julian. cap. III. propositis duobus propaginis modis, inquit: *quid autem horum sit verum, libentius disco, quam dico, ne audeam docere, quod nescio.* Et ibid. ut & epist. ad Hieron: XXIX. suadet, *ut dispiciatur potius, quomodo a labe per Christum liberemur, quam quomodo ab Adamo eam traxerimus.* Et epist. 157. ad Optat. T. II. p. 709. fatetur, *in tam multis opusculis suis nunquam se fuisse assim de hac quaestione definitam proferre sententiam, & impudenter referre in litteras, ad alios informandos, quod apud se non fuerit explicatum &c.* Et iterum in eadem epist. p. 713. ait: *cum haec atque huiusmodi de hac re multa quaerantur, quae nullo sensu carnis explorari possunt, & a nostra experientia longe remota sunt, atque in abditissimis naturae finibus latent, non erubescendum est homini confiteri, se nescire quod nescit, ne, dum se scire mentitur, nunquam scire mereatur.* *Quis autem negat non universius tantum, sed omnis animae cretorem, Deum atque factorem, nisi qui eius eloquiis apertissime refragatur?* Et profecto, si in hac materia satis sibi fecisset AUGUSTINUS, in aliis conquirendis, in quibus nunquam acieievit, non adeo desudasset, ut cum mox dubitanter insinuat animae traducem, & per carnalem generationem propaginem mox addubitat, an utrumque vitium ex corpore trahatur, an alterum in altero, tanquam vitiato vase corrumpatur: mox scribit, *earnem corruptam trahi, quia cum libidine generatur.* Quae cuncta vagi,

&c

& fluctuantis animi indicia sunt. Sic quoque RUFINUS circa hanc quaestionem , an transseminetur anima rationalis, olim jurabat, se nihil certi & definiti tenere. Quare eum carpit HIERONYMUS, quod id nescire se juret, quod Christi Ecclesiae se nosse fateantur. 5. E contrario multi Patres nobiscum senserunt, veluti GREGORIUS I. in quadam epistola: *si anima de eadem substantia cum carne nascitur, cur non etiam cum corpore moritur?* Et HILARIUS lib. X. de Trinitate: *qua si vero, si tantum ex virgine assumisset (Christus) corpus, assumisset quoque ex eadem & animam, cum anima hominis opus Dei sit, carnis vero generatio semper ex carne sit.* Cum primis autem, ut alios non commemorem, HIERONYMVS in cap. XII. Eccles. & in epist. ad Pammach. nec non *Apolog. II. in Ruffin.* doctrinam de traduce mascule impugnauit, ut & dixerit: *ridendos eos esse, qui animas putant cum corporibus seri, & non a Deo, sed a corporum parentibus, generari, & anathema iis, qui traducem flatuerint, denunciarit.* Sic quoque tempore GREGORII M. i. e. ducentis fermē post S. Augustinum annis, haec quaestio in eadem caligine & ambiguo versabatur, veluti ipse GREGORIUS nos docet L.VII. ep. 53. *Dulcissima mihi &c.* Quin ad tempora Anselmi usque, i.e. A.C. 1100, in occidente haec de animarum traductione dubitatio durasse videtur. Vid. EDINERVS, familiaris & convictor Anselmi in vita S. Anselmi apud Surium d. 21. April. Fromond. l.c. p. 812, 6. *Neotericorum*, ex nostris quoque, licet haud exiguis numerus sit, qui isti sententiae calculum suum addunt, non minor tamen forsan erit contradicentium, quos illis opponimus. Quin

πρωταν

περιτον eorum *ψευδος*, cur adeo urgeant hanc de traduce sententiam, non aliud est, quam ut modum explicitent, quo, illaesa Dei sanctitate, atque iustitia, labes originaria a parentibus ad liberos propagari, speciatim animae rationali affricari, queat. At non opus est, ut propterea ad monstrosam istiusmodi opinionem recurrent, cum alia elabendi via detur, inque gratiam suae sententiae nouas pro lubitu hypotheses fingere valde temerarium, pessimaeque causa*liae* indicium sit. Non enim, si difficultati alicui obuiam iri potest aliquo excoigitato eius medendae modo, statim verus habendus est ille ex labyrintho exeundi modus.

J. XXXIX.

X. Denique parum virium, ac firmamenti, habent, *solutunt ob-*
quae aduersarii contra creationem animae pro traduce *icetiones de-*
vrgere solent. a) Ex *Scriptura* opponunt verba Mosis *fumus 1. ex*
Gen. XLVI. 26. dicentes, *egressas animas e femore Iacobi.* *Gea. XLVI. 26.*
Ex quibus, sensu proprio acceptis, animarum traducem, seu propagationem, inferunt, & quod alii addunt, a solo patre, exclusa matre. At citra omne fundamentum. Nam a) foedus nimis, crassusque, immo pecuinus, conceptus foret adserere, secundum litteram haec intelligenda esse, animasque rationales, substantias simplices, omniq[ue] materia destitutas, egredi ex femore, aut nasci ex semine bruto, & corruptibili. E) femore enim, vel visceribus, ut alibi dicitur, egredi *seminis* est, non animae. b) Quem quaeso in finem disputaretur de tempore vnionis mentis cum corpore, foetus animati, aut anima adhuc destituti, de poenis, quibus affectiendus is, qui foetum in vtero materno occidit, aut

H

qui

qui offendit grauidam, vt abortum patiatur, vti ipsae etiam leges Mosaicae habent *Exod.* XXI. 22. si anima a visceribus prodiret, & ab ipsa conceptione, seminique a parente egressu, adesset atque informaret semen. Inest potius c. *animae* voci in p. l. *synecdoche* quaedam *partis pro tuto*, & per animam heic non rationalis, sed in genere *homo, filius*, uti supra c. XII. 5. XVII. 14. & in cap. supra cit. *commat.* 15. 22. 25. 27. nec non *Exod.* XII. 29. *Lev.* II. 1. V. 2. 4. *Num.* XXIII. 10. *Iob.* XXXVI. 14. intelligitur, vid. SAL. GLASSII *Philolog. sacr.* p. m. 1926. Quod & ipse AVGVSTINVS *quaest.* CL. super *Genesim.* agnoscit. Vel denominatur homo ab altera parte essentiali. Qualem loquendi modum frequentem in sacris pandectis esse, hominemque nunc a carne *רֶבֶד*, *Ioel* II. 25. nunc ab *anima* *וְאַנְשָׁה* *Lev.* V. 2. *Marc.* III. 4. nuncupari, & hanc ponni pro illa, & contra, solide docet HACKSPANIVS *Misc.* I. 1. cap. 1. §. 1. & 26. & in not. *Philolog.* *Theolog.* ad h. l. d) In *τῷ egredi ex femore* vero hebraismus est, quo nil significatur aliud, quam *ortem & natuitatem a Iacobō duxisse*, eiusque liberos fuisse. Quo sensu vocab. *מִנְסָה egressiones* *Mich.* V. 2. & verbum *κύριος* exivit passim accipitur. Denique e) nil plane *ex hoc euincunt* qui a solo patre animam traduci existimant. Non enim animae productio, sed sola causalitas, innuitur, quae corpus hominis concernit. Quin & *Iob.* I. 25. de femina legimus, quod *ex utero eius foetus procedat*. Quod si ergo e phrasi viro propria sequetur animae a solo patre dependentia, quidni eadem colligeretur ex phrasi, quae tribuitur mulieri? Scilicet uerque parens, quod suum est, confert.

J. XL.

§. XL.

1. Nulla etiam est obiection, hominem non posse dici generare hominem, si non statuatur, cum simul generare animam. Maleque huc refertur benedictio diuina de multiplicatione homini facta Gen. I. 28. Nam 1) ut homo hominem gignere dicatur, non opus est, vt una cum corpore & animam gignat; at sufficit, vt, secundum praeceptum a Deo & natura ordinem, generationi incumbat, eiusque actionem sequatur corpus, ipsi secundum speciem simile. Alligata quippe est naturali hominis generationi, ita volente & ordinante sapientissimo Numinis, animae rationalis creatio, & ob naturalem ejus generationem sit. Quare &, licet praecipua hominis pars, nempe anima rationalis, a Deo creetur, recte tamen hominis productio non creatio, sed generation, audit. 2) Vti non sequitur, homo hominem occidit, ergo & animam occidit: Sic nec homo hominem generat, ergo & animam generat, quia similium similis est ratio; & huiusmodi actiones a toto quidem supposito denominantur, non autem parem respectum habent ad singulas partes totius. Ut proin homo totum hominem generare dicatur, quando partes, ex quibus homo constat, inter se vnit, quamvis non sit ψυχογονos, totumque statim hominis producat. 3) Vti generatio in partium coniunctione, sic mors in earundem solutione, consistit, & sit in instanti, non dispositione praevia, quae successionem infert.

§. XLI.

Denique 4) quod palmarium est, & quare illam de H 2

3. quod alias propagatio P.
O. explicari traduce nequeat.

traduce hypothesin adversarii adoptarunt, arbitrantur, *P. O. a parentibus ad liberos propagationem explicari nequire, aut in ipsum redundare Deum*, si non admittatur talis animae rationalis a parentibus tradux. Verum i. tametsi non comprehendatur *quomodo* animae creatio cum propagatione peccati conciliari queat, non tamen propterea alterutrum est negandum. Cum nil sit visitius, quam ut id, quod ratio non assequitur, fides credit, illasque tueamur sententias, quarum difficultate turbamur. Quia in sententiarum facilitas in Theologia suspecta, & periculosa est. 2. Falsum est, & negamus, peccati orig. propagationem non alia via, quam sola traduce, explicari posse, cuius contrarium infra ostendetur. 3. Haec maxime de traduce doctrina non est vera hanc difficultatem tollendi via, vtpote quae insufficiens, sacrae Scripturae & sanae rationi, directe opposita, omnisque generis naeuis, & absurditatibus, plena. Alia argumenta, quae adducunt, levia sunt, & a Viris Celeb. plus satis discussa. Quare iis examinandis diutius non immoror, sed ad alia de proprio.

§. XLII.

Sententia PLA. 5. Joh. PLACEUS in Syntagm. thes. Salmuriens. Part. CEl proponitur, I. p. 210. §. 29. & 30. nec non in Disputat. de imputat. peccati primi omnem corruptionem inherenterum derivat ex unione mentis cum corpore corrupto. Vult enim, uniri materiam & formam, corpus & animam, mutuo appetitu, quo illud informari, haec informare, essentialiter appetat; illius appetitum esse inclinationem in formam, ut in suum bonum, perfectionem, finem; huius inclinationem in materiam, ut in medium, sine quo non possit neque esse, neque agere, convenienter

venienter naturae suae s porro corporis appetitum qualitates & dispositiones a generatione introductas determinare & circumscrivere s introduci autem a generante in corpus dispositionem quandam vitiosam, haud paullo minus occultam, quam eam, quae a morsu canis rabidi profeta latenter corpus vitiaret, quae quidem per se, formaliter, peccatum non sit, sed tamen respondeat ei animae depravationi, quam thes. XVI. descripsit; s hac dispositione corpus non agere proprio loquendo in animalm, sed determinari ad appetendam animam, quae sibi pravitatem respondeat s hinc fieri, ut anima corpori infusa, dum se se illi suo appetitu tradit, facultates suas ad illius appetitum accommodet, ac secundum illius obliquitatem incurvet; quemadmodum eadem aqua, eodem modo, vel infusa, vel increata, usi quadrato fiat quadrata, pentagona &c. non tam figurae vasorum actione in aquam, quam ipsius aquae naturali appetitu, quo se libenter terminis alienis accommodet s sic ipsam animam, pro corpori, cui infundatur, magnitudine, vel prauitate, modo latius, modo angustius, se habere. Hancenus ille. Haec autem PLACELI cogitata non adeo sana, sed intempesta, & arator plane esse, nemo sanae mentis non intelligit. Nam 1) in eo peccat vir doctus, quod corpori, brutorum atque inertis moli, tribuat appetitum s. inclinationem, qualitatumque & dispositionum, a generante introductory, determinationem, quae soli menti propriae sunt. 2) Verum non est, unionem mentis cum corpore esse naturalem aut essentialē, ut ad natūram mentis pertineat uniri cum corpore, sine quo neque esse, neque agere, possit, & ad naturam mentis adiungi corpori. Cum enim mens, & corpus, sint substantiae toto coelo diversae, quin sibi inuicem e diametro

tro oppositae, intelligi non potest, qui, vi sua naturae, se mutuo adpetere debeant. Simile simili gaudet, & vti ex similitudine harmonia, atque coniunctio, sic ex dissimilitudine fuga, & abalienatio, oritur. Accedit, quod duae hae substancialiae sint a se inuicem separabiles, neque vno inter eas constans, atque perennis. Unde nouum argumentum exsurgit, non pendere eam a mentis, corporisque, natura, verum aliam causam esse, que, vt tam pugnantes regeret concordia causas, starentque alterno religatae foedere, fecerit. 3) Pro fundamento habet haec opinio, quod praecipua labis nativae sedes sit querenda *in corpore*. Quod vero, cum non adeo firmum ac stabile sit, totum, quod ei superstruitur, aedificium corruat, necesse est. Tandem 4) ~~angordiorum~~ est, crassumque nimis gignit istud aquae simile, quo PLACEVS ad thesin suam illustrandam vtitur, de anima conceptum: quasi ea, liquoris instar, per totum corpus diffundi, facultates suas ad illius appetitum accommodare, secundum obliquitatem illius incuruare, atque ita pro corporis, cui infunditur, magnitudine vel parvitate, modo latius, modo angustius, se habere possit. Cuiusmodi similia rem non illustrant, sed obscurant, & si verum de anima, quae localitatis, & contactus omnis expers, conceptum formare nobis curae cordique est, omnino deponenda sunt. Quare & PLACEVS censuram a Synodo Carentonensi A. c. 150 ~~XLV.~~ passus est, & iussus tacere, quae de peccato orig. male docuisset, vel scripsisset, contra communem Reformatorum sententiam.

J. XLIII,

§. XLIII.

6.) Aliam iterum conciliandi rationem idem PLACEVS, sequutus CONSTANT. CHRYSOMALVM, qui sub IOHANNE COMNENO vixit, omniq[ue] Chri-
stiano tribuit duas animas, aliam quidem peccato ob-
noxiam, aliam a peccato immunem, proponit loc. cit.
§. XXVIII. dum adserit, duas distinctas in homine animas
dari, nimirum *sensituum*, & *intellectuum*, illaque ab
homine generante produci *vitiosam*, hanc a Deo crean-
te immateriale & *bonam*; esse autem vitium non in so-
lo corpore sed & in parte animae sensitiva, a qua eti-
am ad partem rationalem perueniat, nulla Dei culpa;
quemadmodum vitium *corporis colorati* possit in phan-
tasmate, & specie intelligibili, adparere, nullo luminis,
vel intellectus agentis, vitio. A quibus non multum
dissentit Dan. TILENVS Syntagm. Theol. P. I. p. 147. §.
XXX. XXXII. statuens tres animas in homine, nempe
θυμόν, *επιθυμίαν*, & *λογικήν*, vegetantem, sentientem, &
rationalem, quarum duae priores a parentibus corruptae
proseminentur, posterior autem a solo Deo, suo tem-
pore, infundatur, omnis *vitiis expers*; & addens, pecca-
ti labem neque in *anima* seorsim, neque in *corpore* exi-
stere, sed a *toto* contrahi, & hoc pacto animam ratio-
nalem *reatus* quidem esse subiectum, *labis* autem &
vitiositatis subiectum non esse simpliciter, qua rationa-
lem, sed quatenus cum reliquis duabus in corpore or-
ganico, hypostaticae vnionis vinculo coniuncta sit, &
deuincta. Qua hypothesi admissa, commodius expli-
cari posse putat luctam των ηγεμονών cum τω Θυμῷ καὶ τω
επιθυμίᾳ, & incommoda grauiissima vitari, quibus vr-
geantur,

Alia eiusdem,
vt & Dan. TLE
LENII.

geantur, qui ab eadem, & quidem simplici, vnius animae essentia facultates tam dissidentes, & velut aduersis frontibus concurrentes, deriuent. At merito Orthodoxi contrarium μια φύση adfirmant, Nam a) sapit haec de pluribus animabus opinio fermentum Manichaeorum, dicentium, a bono Deo esse rationalem animam bonam, a diabolo corpus, & animam sensituum, malum solum item mali ex peccati. b) Citra necessitatem fingitur tale de animarum dualitate, vel pluralitate, figmentum. Entia vero non sunt temere multiplicanda, maxime si per multiplicationem entium non soluantur nodi αλυτοι, s. insolubiles, sed cumulentur, & vbi aperitur haeresi non vni latibulum, contra receptam sententiam. c) Refutat id ipsum *sensus hominis internus*, qui in materia de mente quam maxime attendendus est. Quisquis enim intima sua curatius paululum examinat, facili negotio deprehendit, duplarem, vel triplicem, animam se non possidere, sed unam tantum, cui corpus iunctum. Et si plures vna in homine animae existerent, altera alteri haud dubie habesse deberet, & ad nutum eius esse parata. d) Intelligunt per animam sensituum vel vitam animalem, motum sanguinis, & spirituum, vel animam rationalem. Si prius, a corpore non foret separata, sed eius accidens. Sin posterius, vel ipsa foret animae rationalis essentia, vel pars eius. Si pars, conciperent eam divisibilcm. Si tota essentia, sequeretur, totam animam a parentibus propagari ad fabolem modo corporreo, yti ex semine corpus liberorum nascitur, atque ita traducem inducerent. e) Considerat PLACEVS rationale tantum ut accidens animae. Quod absurdum,

cum

cum animae sit essentiale. f) Uno verbo , coincidit fere haec opinio eum illa Leibnitiana , quam supra refutauimus. Quare nec g) ipse eius Auctor satis ei fide- re videtur , dum l.c. addit : quod tamen affirmare nolim , sed doctorum esto iudicium. h) Sententia TILENHI iis- dem naeuis , & absurditatibus , laborat , quibus illa , im- mo maioribus , quia loco duarum animarum tres po- nit ; animam quoquerationalem labis & virtiositatis sub- iectum esse negat , cum sit eius subiectum praecipuum. Speciatim obserua i) contra TILENIVM , quod per istam animarum pluralitatem non recte explicetur *lucta carnis cum spiritu*. Non enim naturae humanae , sed cor- ruptioni imputandum , quod diffideant , & aduersis fronti- bus concurrant , animae facultates s. adfectus. Neque miscenda cum illa naturae *anatomia* est illa carnis & spi- ritus lucta , quae in regenitivis designat actionem Spiritus S. , cum reactione seu recalcitratione naturae peccatri- cis , tam in intellectu , & voluntate , quam in adfectibus. CLOPPENBURG. Oper. Theol. T.I. p. 666. g. V. & AU- GUSTIN. Oper. Tom. III. p. 193.

§. XLIV.

Destructis erroribus de dupli principio , animarum ,
πρωταγόρειον , & a parentibus traduce , aliisque , veluti MARE- Transitus ad
SII. in confess. Eccles. Belg. p. 226. quod transeat vitium illud creationem a.
haereditarium neque per corpus , sed per generationem , qua nimarum .
nec anima mortis ; & DEUSINGII de orig. anim. dissert.
3. nil superest , quam ut dicamus , eas creari a Deo , ex-
tra corpora , immediate , tum , quando corpora humana ,
quibus destinatae , perfecte formata , ut apta sint earum do-
micia , & instrumenta , illisque jungi , ut cum iis unum
I aliquod

aliquid totum constituant, atque ita corrumpi. Quae singula nunc ordine nobis demonstranda erunt.

§. XLV.

Animas creau-
sunt a Deo.

Quod ad primum membrum attinet, oriri homini num animas a Deo, non quidem per emanationem, qualis via Deo valde injuria, quippe quae Enti simplissimo partes tribuit, sumمامque Dei perfectionem, & excellentiam, tanquam creaturae communicabilem considerat, vid AUGUSTINUS *Oper. Tom. III. p. 56.*; sed per novam productionem, de ejus veritate nos dubitare non finit. S. Scripturae auctoritas, quae docet Deum inspirasse protoparenti, e gleba terrae formato, *וְיָדָה בְּלִתְמַדְתָּרָם*, *halitum vitarum*, i. e. praeter vitam animalem, animam rationalem, uti *Prov. XX. v. 27. vox novi accipitur*, *Gen. II. v. 7. & spiritum dedisse Eccles. XII. v. 7. Jes. XLII. v. 5. & animas fecisse Jes. LVII. v. 16. & formasse spiritum in interiori hominis Zach. XII. v. 1.* Quae etiam idcirco peculiari elogio, opposite ad patres carnis, Deum adpellat patrem spirituum, *Num. XVI. v. 22. XXVII. v. 16. Heb. XII. v. 9. & patrem lumen Jac. I. v. 17.* itidem cum respectu ad hanc immediatam spirituum creationem. a. Scripturae sufficit ratio. Cum enim animae non sint a se ipsis, ab aeterno, causa aliquam, quae ipsis esse suum dederit, habeant necessarium est, communis enim veritas, id quod non est a se, esse ab alio. At quaenam illa? An causa secunda, spiritus finitus, vel corpus aliquod? Quis sanae mentis dicet? Causa prima heic opus est, potentissima, sapientissima, optima, quae animas condere, eas rerum omnium ideis imprægnare, arctissimum-

mumque vinculum animas inter & corpora instituere potuerit; qualis Deus est, qui proin, non alius, animarum Crearor. Adstipulantur *a. Patres*, HILARIUS, CYPRIANUS, LACTANTIUS, ATHANASIUS, NAZIANZENUS, GREGOR, NYSSEN. aliquae. Praecipue HIERONYMUS, nec non AUGUSTINUS *Oper.* T. I. p. 3. 25. T. II. p. 101. 103. & T. III. p. 594. 883. & passim. Quanquam alibi tamen is ipse rationem de exortu animarum abstulissimam judicet T. II. p. 592. & qualis animarum erigo sit, affirmare non audeat eod. T. p. 444. camque ignoret p. 709. & *an animae de novo creantur*, incerta sit apud cum sententia eod. p. 101. resque soli Deo cognita T. IV. p. 976, ut heic iterum, quod jam supra in materia de traduce de eo observavimus, non satis sibi constet AUGUSTINUS. Quin & i. ipsi saiores *Ethnici* id agnoverunt. Hinc ZOROASTER apud Ficinum *lib. X.* de immortalit. anim. ait, *animam missam ab ουρανούς πάροις splendoribus (Dei) Patris.* Et CICER. *quaest. Tuscul.* l. 1. *animarum in terris originem inviri non posse, adfirmat, quia nihil est in animis mixtum atque concretum, aut quod ex terra natum atque factum esse videatur.* Similiter apud EURIPID. *supplie. act. 2. THESEUS.*

*Jam finite terrae mortuos gremio tegi.
Res unde quaeque sumferat primordium,
Eo recipitur: spiritus coelo reddit,
Corpus terrae.*

Quae etiam ratio, quod animam *Θεον γένος, progeniem Dei, & aurae divinae particulam nonnulli eorumdem vocarint GROT.* ad *Act. XVII. 28. & PFANNERUS*

Syst. Theol. Gentil. p. 198. At dices, si Deus animam creatione, homo vero corpus duntaxat generatione producit, qui ergo intelligi poterit, quod homo hominem generet, cum non generet partem hominis praecipuum, animam? Non pauci sentiunt, a parentibus unionem animalium rationalium cum corporibus fieri, atque ita solius posse id, quod homo hominem generet, quam vero eorum sententiam omnino falsam esse existimo. Nam dum unio illa instituitur, parentes non amplius agunt, sed ab actione desisterunt. A parentibus tantum materialis habitudo ad animam recipiendam confertur. Unit autem effectus est, qui in habilem materiam animalia rationalem indit, Deus. Et viderur haec difficultas magis in terminis quam in re ipsa, versari. Dum enim homo hominem generare dicitur, nil de eo aliud adseritur, praeter id, quod homo, seu causa secunda, ad productionem novi hominis confert, qualecumque illud sit, secundum ordinem, quem Deus in creatione mundi sapientissime posuit. Iam autem in eo nihil est contradictionis, quod Deus in eodem opere creaturae effectum aliquem naturae suae, legique a Deo latet, conformiter producere permittat, & nihilominus ipse partes quasdam praecipuas circa illum effectum sibi vindicet, quemadmodum fit, dum corpori animale ex nihilo productam, addit. Neque sic actus Dei, productio animae, suspenditur ab actu hominis, quod Deus non nisi praevia corporis generatione animam creet. Est enim ratio huius ordinis liberum Dei beneficium, quovoluit, secundum hanc legem, in conservatione generis humani, procedere. Immo vero ipsa illa corporis gene-

generatio a solius Dei decreto, & concurso, non hominis arbitrio, penderit; quippe non, quando homini adulberet, generare potest, sed quando Deus decreuit, ut noua creatura rationalis, corpori juncta, in mundi huius theatro compareat, & quando in hunc finem tanquam caussa prima, cum parentibus, tanquam eaussis secundis, cooperatur, eorumque generationi benedicit, Iob. X. v. 8, 10, 11. Ps. CXXXIX. v. 13, 14, 15. Sic & eiusdem cuius priori commatis est oppositio, quod Deum non deceat, ut foetibus, in adulterio conceptis, animas immittat. Ut enim Deum non dedecet seminibus furtiis, & in terram coniectis, pluviam tempestiuam immittere, & ex iis herbescentem viriditatem, yberemque ac laetam segetem, elicere, sic nec animas dare proli ex stupronatae. Non enim aequum est, vt Deus ob hominum scelerarum leges naturae mutet, influxumque suum generalem inhibeat. Accedit, quod Deo facilissimum sit malum in bonum convertere. Quomodo ex incesto concubitu Iudee cum Thamar natus fuit Pherez, ex cuius stirpe Christus secundum carnem ortus est. Quomodo inquit HIERONYMVS, adv. Iob. Hierosol. in seminibus non peccat terra, quae souet, non semen, quod in sulcos jacitur, non humor & calor, quibus temperata frumenta in germe pullulant, sed verbi gratia sur & latro, qui fraude & vi eripit semina, sic in generatione hominum recipit terra, i.e. vulva, quod suum est, & receptum consouet, consolutum corporat, corporatum in membra distinguit. Et inter illas secretas ventris angustias Dei manus semper operatur. Idemque est corporis & animae creator. Inter viros sanctos Apostoli voce numeratos meretricis est filius.

§. XLVI.

Extra corpora. Ubi vero animae rationales creentur, an *in corporibus*, an *extra corpora*, ratio sibi relictâ certo quidem determinare non audet, quoniam res facti est, quam ex suis principiis elicere nequit. Si quid tamen in re obscurissima statuendum, tutiorem fateor mihi videri eorum hypothesis, qui *extra corpora* creari coniectant. Licet enim *creatio* ista ob naturalem hominis generationem fiat, non tamen sequitur, ibi quoque fieri, ubi iste finis proxime obtineri potest. Nam neque 1.) animae loco, in quo creentur, indigent. Neque 2.) naturalem aliquem, ante suam cum corporibus unionem, cum iis *nexus* habent. Et 3.) a Deo *inspirari*, dari &c. dicuntur in locis supra citatis; quae locutiones animarum creationem, *extra corpora* factam, & in ea infusionem, supponunt. Praeterea 4.) qui in corporibus eas produci existimant, non alia de causa hanc sententiam amplectuntur, quam ut eo plausibilius faciant, animas a Deo creari corruptas. Cuius falsitatem postea indicabimus. Tandem 5.) imbecillum quoque praefidium est, quod isti suae hypothesi quaerunt in verbis *Zachariae* cap. XII, 1, ubi Deus dicatur *formare spiritum in medio hominis*. Non enim adeo stricte vox ἡγετική heic accipi debet, sed sensu paullulum latiori, vti *Ezech.* cap. XI, 19, *XXXVI.* 26, 27, 28, *Deut.* XIII, 2, *Jerem.* XXX, 21, *XXXI.* 33, nihilque aliud innuit, quam Deum, in prima creatione, una cum corpora, e terra formato, homini etiam dedisse animam. Ut merito ARISTOTELES de generat, lib. II. c. 3. τὸν τούς θυγάτερας επεισεραῖς καὶ δεῖον εἶναι, mentem foris aduenire, & diuinam esse, pronuntiarit.

§. XLVII.

§. XLVII.

Et quidem format Deus animas rationales non immediate, sicut corpora, ex materia, sed immediate, ex nihilo. Id postulat earum natura. Sunt enim animae substantiae simplices, & incorporeae, carentes pondere, figura, & calore, quae cum materia nil commune & affine habent, multo minus ex ea produci possunt. Haec porro ratio, quod, vti ex Mo^{ise} discimus lib. I. c. II. v. 7. Deus hominis primi animam nos simul cum ipsis corpore, sicut brutorum vitam cum corpore, crearit, sed corpori creato demum animam, seorsim & immediate creatam, infuderit. Quod & Zacheia^e c. XII. v. 1, indigit, dum extensionem coelorum, terraeque fundationem, immediate a Deo factam, cum creatione spiritus in medio hominis confert, manifesto indicio, & illam immediatam esse. Idque non de solo protoparente, sed de uniuerso genere humano, accipiendo esse, claris verbis Jesaias nos docet c. XLII. v. 5. Sic dixit Deus potens, qui creauit, &c. Pulchre heic iterum AUGUST. T. III. p. 644. Nulla est creatura, ex qua (anima) facta est, quia ex nihilo facta est. Et p. 868. Non est, anima, credenda pars, sed creatura, Dei, nec etiam de substantia Dei, vel de qualibet elementorum materia, sed ex nihilo est creata. Si enim ex semetipso Deus eam fecisset, nequaquam vitiosa, aut mutabilis, aut misera, esset. Si autem ex elementis facta fuisset, esset corporea: cum sit incorporea, ignorantia habens originem, initium habet, finem non habet. Et cum sit spiritualis naturae, nihil habet mixtum, concretumque terrenum, nihil humidum, vel aereum, vel igneum &c.

§. XLVIII.

§. XLVIII.

Et cum corporibus unitur,
Cumque scopus huius animarum creationis, a parte Dei, sit, ut cum corporibus humanis, in utero formati, connubium ineant, & cum iis unum aliquod ~~unioneque~~ constituant; earum creationem protinus sequatur oportet unio cum ipsis corporibus, quibus destinatae erant, opus sane stupendum, ac mirabile, cui in universa natura nil simile datur, quo res toto coelo diversae, magisque a se invicem differentes, quam distat ~~euangelio autoytico~~, arctissime inter se coalescunt, & quasi unum fiunt. Quae vero unio non recte a nonnullis concipitur per influxum physicum, & commixtionem; aut per harmoniam praestabilitam, seu actionum, motumunque coincidentiam. Rectius ab aliis ponitur inde quidem in arctissimo sensu, & intimo affectu, quo mens fertur erga corpus, illudque tanquam suum & propriissimum instrumentum, agnoscit, & recipit; hinc vero maxime in mutica cogitationum mentis, motuumque corporis, reciprocatione, ac dependentia, a sapientissimo Creatore instituta, qua sit, ut ad certas in mente perceptiones, volitionesque, certi adsint in corpore motus, & vice versa, positis certis in corpore motibus, in mente ponoantur certae cogitationes. Quae sola mentem, corporusque, conjungendi ratio utriusque subjecti naturae accommodata, & ad explicandas mentis atque corporis, nec non totius hominis, actiones abunde sufficit.

§. XLIX.

Quo tempore, in certum. Quo autem temporis articulo ista utriusque substantiae unio initium capiat, facilius quaeritur, quam dicitur,

dicitur, neque illum etiam omnis physiologorum sacerdotia indicare haec tenus valuit. Hoc tamen pro certo adfirmari potest, eam in *prima statim conceptione* non fieri, quandoquidem non animae rationales foetus in utero matris fabricant, sed Deus; neque hi etiam ab initio statim idonea sunt animarum habitacula, & instrumenta; diserte etiam tandem in lege Mosis traditur, quod, qui abortire fecerit mulierem, is homicidi poena non afficiendus sit, nisi vel mater inde mortua, vel abortus plane fuerit conformatus. Probabilis us multo, animas tum demum aduenire corporibus, quando debite ea sunt *conformata*, *propriamque vitam vivunt*, siue id in utero adhuc fiat, seu posteaquam in lucem edita. Quippe antea nullum usum praefstant, neque corpora domicilia sunt animabus recipiendis apta, & organa congrua, quibus animae functiones suas exercere possint. Ita AUGUSTIN. Op. T. III. p. 197. seq. *Dicimus creationem animae solum Creatorem omnium nosse*, & corpus tantum per coniugii copulam seminari, Dei vero iudicio coagulari in vulva, & compingi atque formari, ac formato iam corpore animam creari & infundi, ut vivat in utero homo constans ex anima & corpore, & egrediatur viuus ex utero, plenus humana substantia. Idem tradit Tom. IV. p. 713. 714. Sic & AMBROSIVS praeparatis iam in ventre mulierum, deformatisque corporibus, tunc ad praesens creari animas, & inseri corpori iam formato, adserit. Quanquam diem, & horam, praecise nominare non possumus, cum temerarium sit, de ignotis certi quicquam definire.

K

§. L.

§. L.

Cum corporibus unitae P. O. in corporibus factam, ex-
cipit earundem in corporibus corruptio, labique originis
contaminatio: non quidem propterea, quod fons, & prin-
cipium, huius corruptionis vnicet quaerendum sit in cor-
poribus, sed quia animae iustitia originali, & rectitudine
primigenia, destituta, ~~formulari~~ vero, seu adpetitu boni,
adhuc debili, & vacillante, neque satis radicato,
imbutae, dum corporibus adsciantur, a peruersis eo-
rum motibus ita deprimuntur, ut carnis concupiscentias
conciipient, locoque veri, & summi boni, bona-
tantum falsa, vana, & carnalia, desiderent. Qua de-
re in sequentibus benignior sece dabit dicendi occasio.

§. LI.

Conceptu diffi- At enim vero ~~per ea~~ ^{per ea} hinc nascitur, qui vi-
cile, qui creatio- delicit cum immediata ista animarum creatione confondere pos-
animatorum con- sit P. O. propagatio, & annon Deus, ea admissa, turpitas
ciliari, possit cum propagatione peccati.
dinus huius natucae statuatur auctor? In quo enodando, ut
quidem homo spiritualis omnia diiudicat 1 Cor. II. v. 14,
multum omni tempore desudarunt, variaque eum in
finem excogitarunt viri diuini. Sunt aliqui in ea opinio-
ne, animas a Deo creari IMPURAS, & imagine Dei
destitutas. Alii mollius loquentes, animas creari quidem
a Deo PURAS, & imagine diuina vestitas, contendunt;
& statim, a quo corporibus indantur, intercedente usu
liberi arbitrii, corrupti. Alii denique media via incedunt,
distinguentes triplicem animatorum statum, purum, impurum,
& non purum, animasque a Deo creari existimant non
in isto, non in illo, sed in hoc, nempe NON PURO.

Quae-

Quaenam ex tribus his sententiis p[re] reliquis emineat;
videamus.

S. LII.

A) Sunt multi, magni nominis, Theologi, qui a[n]imae cor-
nimas a Deo produci arbitrantur, non ut animam A[dam] rup[er]tae creatur[em]
dami, in statu instituto, puras, & integras, iustitiaque
originali exornatas; at corruptas, diuina imagine carentes,
sine spirituall[em] decole & ornatu, peccatoque inherente positiue
infelitas; quae animae sic aegrae, & inuestes, seque ipsas
regere nesciae, mox ac creatae sint, non tantum tabidis
istis corporibus excipiuntur, & immergantur, eorumque
cognatos motus, impetus, omnemque sanguinis, & spi-
rituum, intemperiem, a peccato pullulantem, sentiant,
& patientur, vt absque iis vix illas cogitationes in tene-
ra ista aetate forment; sed & in mundum ceu commune
aliquod nosocomium, protrudantur, in quo pessimis
exemplis, ubique eas obseruantur, potentissimisque il-
lecebris, ad peccandum impulsae, & nullis praesidiis ex-
munitae, imbelles, seminarum instar, raporibus ex-
ponantur, & ad maiorem impietatem proficientes 2.
Timoth. II. v. 16. peccatorum omnium spolia, & ludi-
bria, evadant, atque ita iam antea corruptae, semeti-
pas, ipsumque mundum, amplius corrumpant,

S. LIII.

Neque destituuntur huius sententiae patroni ratio. Cuius senten-
tiae fundame[n]ta indicantur.
nibus, quibus eam plausibilem faciant. Supponunt
1.) animas non creari extra corpora, tanquam substan-
tias a corporibus separatas, sed in corporibus, cum qui-
bus, a primo statim productionis momento, ita uni-
antur, vt unum cum iis individuum constituant. 2.) Pri-

mum corruptionis moralis principium quaerunt non in corporibus, sed in ipsis animabus, quas proin imagine Dei nudas producendas esse volunt, illisque qualitatibus destitutas, quae ad bene agendum necessariae. 3.) Spectari Deum debere in hac animarum creatione aiunt, non tam ut creatorem, quam ut iudicem, qui statuerit istiusmodi animas corporibus adiungere, quae conditioni, in qua homines, conuenientes sint, nempe corruptas; atque ita hanc creationem non esse sine iudicio diuino concipiendam, quo Deus voluerit dare Adamo peccatori sobolem status sui haeredem. Inque hac sua opinione 4.) eo libenter acquiescent, quod eam modo concursus divini magis esse analogam credant; quodque ita nihil aliud adseratur, quam Deum ab inicio talem ordinem instituisse, vi cuius unumquodque sui simile generet, qui, cum, nulla causa Deum obligante, ut eum mutet, perpetuo maneat, fieri non aliter possit, quam ut a sanctis parentibus sancti, & ab impuris impuri, liberi gignerentur; spectare hanc animarum creationem ad generationem completaram, huius vero legem esse, quod simile gignatur a simili; sic Deum animas creare quasi in anima parentum, & ad horum imaginem Gen. V. v. 2. saltem ad voluntatem parentum, quorundam recipiatur Job. I. 13 non ex sanguinibus, unde caro, non ex voluntate carnis, ex qua anima adducitur, non ex voluntate viri, unde adoptio inter homines, sed ex Deo. Cui addunt 5.) non magis esse conceptu difficile, Deum, secundum legem generationis, animas, imagine sua cassas, producere, quam eas conservare, cum eadem voluntate diuina persistant, qua esse inceperint, & conservatio nihil

nihil sit aliud , quam continuata creatio . Neque tandem 6.) Deum ideo *iustitiae* accusandum esse putant . Statuisse enim Deum , vt fructus responderet semini , semen autem bonum ab initio fuisse conditum ; cum itaque hominis culpa malum factum sit , fructum bonum esse nequire , neque cogi Deum posse , vt contra legem naturalem , semel fixam , agat ; & quae sunt id genus alia .

S. LIV.

At vero quod pace Virorum celeberr . dixerim , ~~et cunctuntur~~ multa huic sententiae , quae communiter hodie recipi a Theologis soler , inesse deprehendo , quae aliquam ~~eniponit~~ mereri mihi videntur . Non enim imbecilla folium sunt , quibus innititur , fulcra , sed & multum ea derogat perfectionibus , virtutibusque diuinis . Sic 1.) gratis eius patroni singunt , produci animas in *corporibus corruptis* ; vt & palmariam , et que vincam sere , huius turpitudinis sedem quaerendam esse in *animabus* . Quarum hypothesis inconuenientias alibi ostendimus . 2.) Absque fundamento supponunt , Deum in ista animalium creatione spectari debere , non tam vt *creatorem* , quam vt *iudicem* . Cum enim iustitia Dei punitua sit perfectio quaedam relativa , quae supponit leges , earumque functionem per praemia & poenas , nec non transgressiones , seu peccata , concepi nequit , qui Deus animas , creature innocentes modo ex ipsius manibus egressas , in tali ad Deum iudicem relatione non positas , punire , & corrumper , possit . Ita sane Deus iuri suo , quod ad creature habet , non conuenienter ageret , sumque iustitiam abnegaret . Scio , quid heic contra sen-

K 3

tien-

tientes excipiant, nempe pupiri eas propter *culpam Adami*, quae animabus, quod sint filii Adami, in quo, tanquam capite, & stirpe, censeantur, imputetur. At licet istam imputationem & nos agnoscamus, & propter illam animas in puris tantum naturalibus, imagine Dei, iustitiae originali, carentes, produci credamus, negamus tamen eas *actu* & positive corruptas ex manu Dei prodire, id quippe mutua, quae Deum inter & creaturas intercedit, relatio haud permittit; potius statuimus, animarum corruptionem, ipsarum vitio tum deum initium sumere, quando cum corporibus conubium ineunt, de quo infra fuisus. Denique 3.) & id notari meretur, quod existiment, posse Deum eodem iure animas corruptas *creare*, quo eas *conservet*. Aliud enim profecto est animas corruptas, quae a re-*ctitudine* primigenia deflexerunt, sive ut *maneōdūciā* suam erga eas offendat, sive ut ad poenitentiam eas du-*cat*, sive ut inexcusabiles faciat, aliisve de causis; ser-*vare* & *tolerare*; aliud eas *creare corruptas*, aut efficaci-*ter velle*, ut corruptae prodeant. Illud Deus salva sua sanctitate, atque iustitia, praestare potest, cum ma-*litiam* iis non infuderit, sed propria culpa malae sint; non autem hoc, si non eo ipso statuatur vitiositatis earundem auctor. Et quem, quaeso, in finem iis de-*disset* Deus leges, easque *praemiss*, & poenis *sancivisset*, si non possint non istae animae male agere, & ad ma-*le agendum* sua quasi natura factae sint? Annon fo-*ret* hoc ludere *cum* *creaturis*? Quod *sancissimum* *Numen* minime decet. Neque inde se expedient, quod *conservatio* nil sit aliud, quam *continuata creatio*, qua singu-

singulis momentis nouae sistantur substantiae. Hoc enim quorundam adserum merum praeiudicium est. Nam sic a) non tam conservatio dici deberet actus hic divinus, quam *nova creatio*. b) Non decet Dei *constantiam*, vel *sancitatem*, vel *potentiam*, vel *sapientiam*, ut aliquid annihilet, multo minus ut quovis momento in nihilum substantias redigat, novasque condat; maxime cum c) sit terminus creationis, non ut aliquid non sit, sed ut sit, & consummetur, quod sit successive. d) falso id esse experimur ex *intimo spiritu nostri sensu*, ac *conscientiae dilectione*, nec non *cogitationum*, quas ante habuimus, memoria. Ut alia taceam.

§. LV.

Sed & multa alia sunt huius sententiae incommoda. Repugnat 1. *scopo creationis*, qui est, ut tales Creaturae, maxime rationales, prodeant, quae Deum creatorum suum agnoscant, ament, laudent, perfectionsque in creaturis demonstratas ad ipsius gloriam referant. At hoc fine Deus plane excideret, si animas produceret actu corruptas, & imagine sua carentes, imagine contra diaboli imbutas, odioque Dei, & amore mundi, plenas, quarum φροντία non nisi iniicitia contra Deum, facultatesque ad Deum cognoscendum, & colendum, minus aptae sint. Quales cum scopo Dei, in creatione praefixo, e diametro contrariantur, pro opere tanta caussa digno censeri nequirit. 2. Non permittit istam animarum in statu corrupto productionem Dei *sancitas*. Uti enim Deus, per hanc virtutem, semetipsum intensissime, ac constantissime, amat, & in se, suisque perfectionibus,

Allaque ejus in-
commoda often-
duntur.

plenis.

plenissime acquiescit, & delitiatur: sic quoque non potest alias, vi eiusdem sanctitatis, animas producere, quam quae ipsi similes, eius imaginem gerant, eiusque gloriam quaerant. Quod si enim corruptas eas produceret, abnegaret se ipsum, suamque sanctitatem, & ostenderet, vel se non esse cultu, & amore, dignum, vel se iis non delectari, quorum utrumque cogitatu impium, ac blasphemum, foret. Potest interim Deus permittere, ut animae, in recenti vigore creatae, ab hoc statu per peccatum postea deflectant, quo in eorum poena novum, ac singulare quoddam, sanctitatis suae documentum edat. 3. Laeditur hac sententia Dei bonitas. Qui enim, quaeſo, conciliabis istam animarum, recens creatarum, deformitatem cum summa Dei bonitate, & erga creatureſ suas beneficentias? An etiam ex manu Dei opificis, Entis iuſtissimi, & ſummi boni, proditurum aliquid mali? Annon teſte Moſe Gen. I. v. ult, & I. Zim. IV. v. 4. omnis Dei creature bona? Annon qualis cauſa, talis quoque eſſe debet effectus? Cum autem bona ſint, quaecunque Deus facit: non eſt consentaneum, Deum animabus peccatum indidisse. Eſt character ſummi boni, quod ſit ſui ~~κοινωνικός~~, communicativum. At qui Deus cum creatureſ bonitatem ſuam communicaret, ſi eas corruptas, & peccaminofas, crearet, adeo, ut natura Deum odio habeant, & nihil quicquam boni praefare poſſint. ~~Ἄτοπη & ἀδοξογένη~~ cuncta. 4. Nec minus ea adverſatur Dei iuſtiae. Nam quo tandem modo Deus poſſet punire animas; quas ipſe corrupiſſet? Aut quis credat Deum animas corruptas producere, ac propterea quod

cor-

corruptae sint, iis irasci? Tales animas impuras produci, illud ipsum iam *poena* est, qualis esse debet, vel ob *peccata propria*, vel ob *aliena*. Non ob *propria*, quia antequam animae creatae, talia nondum commiserunt. Sed nec *aliena* iis imputari queunt, nisi intercedente aliquo *vinculo*, quod haec animae in productione ad illum habent, cuius peccata imputantur. Hoc autem vinculum esset vel *arbitrarium*, vel *naturale*. Illud heic non obtinet, quia animae nesciunt, quod vltro alterius culpam in se suscepint. At nec hoc animabus, in se *speciatim*, tribui potest, quia quatenus sunt spiritus separati, atque immediate a Deo producti, cum aliis spiritibus nullam habent communionem. Unde sequitur, Deum per *institutam* suam non potuisse *animas impuras* condere. Tandem s.) facit Deum *antorem peccati*. Dum enim Deus creat animas corruptas, vult positue & efficaciter tales prodire, quia creatio nihil aliud est, quam potentissima Dei voluntas quid producendi. Dum autem Deus vult efficaciter animas corruptas prodire, auctor quoque est omnis inde profluentis malitiae. Dum enim causa causae, est quoque causa causati. Aut quis dicet, Deum animas creare impuras, neque tamen impuritatis earundem esse causam? Perinde hoc foret, ac si cum dicerem, qui tollit a corpore restitutionem, non esse causam obliquitatis, aut, qui tollit a corpore humano sanitatem, morbi causam non esse. Nullum enim medium concepi potest inter justitiam & injustitiam, virtutem & vitium, restitutionem & obliquitatem. At qui concordat Deus cum Belial, qui lux cum tenebris? Quibus cum accedat 6. quod haec sen-

L

tentia

tentia valde dura sit, ei suffragari neutquam possumus.

S. LVI. *de peccatis in carnem*

An integrae cre-
sentur, & a cor-
poribus corru-
ptis corrupti-
tur?

¶ Magis favorabilis esse videtur eorum sententia, qui animas nunc, aequae ac in statu integratissimis, a Deo creari volunt puras, & integras, & ab omni labe immunes: postea vero corporibus intrusas maculam demum contrahere, dum a perversis & inordinatis corporum motibus ita adficiantur, & inquinentur, ut pravas concupiscentias concipiunt, totaeque carnales & impurae reddantur: quo modo aqua pura & limpida vasi impuro infusa, impura fiat; aut unguentum pretiosum in testa putri, & male olente, lumenve in se parum, pabulo foetido, aut sulphureo, corrumpatur. Sensit ita jam olim AMBROSIUS comment. ad cap. VII. epist. ad Roman. dicens: quomodo habitat peccatum in carne, cum non sit substantia, sed privatio boni? Ecce primi hominis corpus corruptum est per peccatum, ipsaque corruptio per conditionem offendit manet in corpore, robur tenens divinae sententiae datae in Adam: cuius consortio anima maculatur peccato. Per id ergo quod facta causa manet, inhabitare dicitur peccatum in carne: hacc est lex carnis. Et iterum paulo inferius: non habitat peccatum in anima, sed in carne: quia peccati causa ex carne est, non ex anima: quia caro est ex origine carnis peccati & per traducem omnis caro fit causa peccati: anima vero non traducitur, & ideo in se causam peccati non habet. Similiter AUGUSTINUS Oper. Tom. III. p. 883. inquit: Certum tenemus, quia caro contracta de carne per legem concupiscentiae, quam cito vivisificatur, originalis simpsae vinculo premitur, eiusque affectionibus anima, quae car-

carnem viuificat, aggrauatur. Sub hoc peccati vinculo degmuntur parvuli, qui sine remedio baptismi moriuntur, habent enim originale peccatum, non per animam, sed per carnem utique contractum, animaque refutum. Et statim exinde fit anima originali culpae obnoxia, quam caro contrahit, & animae refundit, cum qua unita est in persona, licet divisa sit in natura. Idem Tom. VIII. lib. IV. contra Julian. cap. IX. animam ex carne peccatum contrahere ostendit, dicens: *Vitium concupiscentiae est, quod anima non ex se, sed ex carne contraxit.* Natura quippe humana non opere Dei cum vitio primitus est instituta, sed ex voluntatis arbitrio priorum hominum venienti vitio est fasciata, ita ut non sit in carne bonum, sed vitium quo inficitur anima. Quos fecuti Innocentius III. in Psal. LI. & Urbanus IV. in eund. locum, item LOMBARDUS lib. II. distinct. XXXI. p. m. 185. & cum eo Scholastici, praecipue antiquiores, BONAVENTURA, THOMAS, GREGORIUS, alii. Nec non multi ex nostris, non infimae norae, Theologi. VOGELS. p. 784. BURM. Narrat. de controv. p. 99.

§. LVII.

At enim vero, quanquam haec sententia plures Patronos habeat, seque magna verosimilitudinis specie commendet, cum & animas a Deo extra corpora, immediate, creari concedat, nihilque Deo indigni, perfectionibusue ipsius contrarii, in se comprehendere videatur: haud pauca tamen & circa eam monenda habeo. Utrumque enim, cui innititur, suppositum eius falsum, & commentitium est; tum quod Deus animas, post peccatum in mundum introgressum, producat puras, & imagine sua vestitas; tum quod animae illae a corporibus corruptis inficiantur, & corrumpantur.

Quae sententia
iidem rejicitur.

§. LVIII.

§. LVIII.

Nam r. animae
non creantur in-
tegrae.

I. Primum membrum quod attinet, noui quidem quod & supra iam ad liquidum perdixi, animas ex manu Dei opificis non prodire corruptas: at tamen hinc non sequitur, ergo illae a Deo creantur *puræ* & *instæ*, similes animabus protoplastorum in statu perfectionis primævæ. Nam praeterquam quod r. ut statim ostendam, inter *purum*, & *impurum*, detur aliquod *tertium*, seu *intermedium*: 2. Verum noui est animas etiam *puras*, cum *reclitudine primigenia*, seu *imagine Dei*, creari. Id nuspiciam Scriptura testatur. Immo vero contra testatur, per lapsum Adami imaginem Dei fusile *missam*, quæ per gratiam demum reparetur, consequenter totum hominem, secundum *animam*, & *corpus*, *natura*, adeoque nascentem, esse irac filium. Et quemquaeso in finem sapientissimus, & sanctissimus, Deus tam excellentem thesaurum, qualis est eius imago, tot millenis animabus, quot vñquam nascituri homines, inderet, illumque thesaurum nihilominus ita immergeret, & in tenebricosa voragine abderet, ut splendoris eius nulla vñquam vestigia, thesauri eius nulli vñquam fructus, conspici possint? Quod vtique sine renitentiationis concepi nequit. Praeterea 3. si animae adhuc crearentur *bonæ*, *integræ*, instructæque iis viribus, quibus excelluit Adæ anima ante lapsum, possent haud dubie, corpora ingressæ, ea moderari, eorum motibus resistere, neque se ab eorundem contagione & intemperie infici, & quasi transuersas rapi, paterentur: ut exempla habemus in anima *Saluatoris nostri IESU Christi*, & *hominum adulorum*, qui ratione sua vii no-
tunt.

runt, quos subinde per rationes brutos carnis motus vincere videmus. Idque praestare eo facilius hae animae possent in *corporibus infantilibus*, in quibus motus illi corrupti non sunt adeo fortes, & vehementes, ac in corporibus hominum adulorum. Et si non omnes, unus saltem, vel alter, homo foret, qui a peccatis abstineret, istosque peruersos motus corporis compesceret. Id autem fieri haud posse, tristis eheu! experientia abunde docet. Nam omnes defecerunt, & naturamali sunt. Quodque 4. homines *adulti* a vehementioribus illis corporum motibus saepius vincantur, inde est, quod animae eorum, per *φαννα carnis*, ad carnalia sint proclives. At animae a Deo recens creatae, integrae, non tantum nullam haberent in res corporeas propensionem, sed propenderent potius in Deum, resque diuinias. Accedit 5. quod multi *infantes*, in primo cum corpore vnionis momento, quin in utero adhuc materno, moriantur, manifesto indicio, eos iam tum esse moraliter malos, quia mors poena & obsonium peccati. *Rom. VI. v. 23.* Unde vero illa malitia? An a solis motibus corporis accersenda? *Ἄτοπον.* Hi enim, ceu animales, & naturales, per se non peccaminosi sunt. Rectius ab *animabus* ea deriuatur, in quibus fons peccati praecipuus, quae proin ab initio statim moraliter etiam corruptae sint oportet. Denique 6. vel poterant animae integrae, quando corporibus corruptis uniebantur, sibi a corruptione, & pollutione, cauere, vel non poterant. Si prius, credibile est, *vnicum* saltem futurum exemplum hominis, ab hac infectione puri. Sin posterius, eadem difficultas reddit, cur nempe Deus animas incor-

ruptas corruptis corporibus immittere voluerit, ex quorum consortio ineuitabiliter animae quoque corrupti debeant. Quomodo recurrentem ad P.O. imputatum.

§. LIX.

Neque 2. corporibus corruptis iunctae ex corporum contagio. Sed & II. secundum membrum, quod animae puerae, corporibus corruptis iunctae, ex ardore libidinis, & corporum contagio. labem contrahant, non uno incommodo laborat. Pugnant heic I. multi illo arguento,

quod non satis intelligatur, qui caro, quae corpus est, in animam agat, eamque afficiat. Quod cum primis vrget BELLARMINVS lib. IV. de amiss. grāt. cap. XII. perpetram tamen alibi affirmans, ignem purgatorii materialem animas urere, & torquere, inter quem & animas non tam arctum est, quam corpus inter & animam, commercium. Quare etiam argumentum hoc non multum habet virium ac firmamenti. Nam licet physice & per se corpus animam a se separatam non afficiat, id tamen unione facta facit ex ordinatione & institutione diuina, agit in animam, quae ipsi vnitur. & eius quasi pars sit essentialis, eique impertit suos motus & morbos, qui non separatim huius vel illius dicuntur, sed totius compositi. II. Licet negandum non sit, seminis intemperiem, matris praegnantis inordinatos affectus, & motus vitiosos, qui per generationem a parentibus ad liberos transfunduntur, aliaque accidentia, multum posse ad animae corruptionem augendam, varieque modificandam, nec non ad animam tardandam, aut praegrauandam, conferre, corporis temperamenti saepe irritamentum esse prauarum affectionum, & humores male dispositos tamquam prunas inflamman-

dis

dis cupiditatibus inservire; quippe, experientia teste, mores animi sequuntur habitum corporis, & qui malignum corporis temperamentum naeti magis aliquando corrupti sunt, magisque violentis concupiscentiis agitantur, quam illi, qui hac in parte feliciorem nascendi sortem acceperunt; in ipsis infantibus bimulis, rationis vsu destitutis, iam adeo diuerse apparent operationes, vt inde diuersitas quaedam in constitutione principii colligi necessario debeat: firmum tamen & fixum nobis est, peccatum primam & immediatam suam ~~se~~dem habere, non in corpore, eiusque ~~duxxerat~~ seu corruptione, & rebellione membrorum, quae post peccatum in corpore cernitur, quod cum HEIDANO Corp. Theolog. Tom. I. p. 455. §. 3. 4. multi volunt, vid. HEIDEGGERVS Corp. Theolog. Cbr. p. 351. §. 54. Etenim peccatum *qualitas spiritualis*, eiusque negotium spirituale. Est labes animae, & vitium voluntatis. Corpus ergo, ceu res bruta, non potest qualitatem ullam suam in rem immateriale transfundere, & dare animae, quod non haberet, uti docet AVGVSTINVS de Civit. Dei lib IV. cap 3. Qui enim formaliter peccatum esset, quod a sola materia profectum? Et cum illa ~~duxxerat~~ ratione careat, quae sola est capax peccati, neque ea ipsa peccatum esse potest; cumque corpus non peccet, nisi quatenus anima eo ceu instrumento ad peccandum vicitur Rom. VI. v. 13, vltro sequitur, non a corpore ad animam, sed ab anima ad corpus, transire peccatum, & ad malum proclivitatem. Quomodo & Eva iam peccarat voluntate, priusquam manum ad pomum interdictum extenderet. Unde iterum AU-

GU.

GUSTINUS, qui modo contrarium statuerat, (vide eius fluctuationem & incoustantiam) Tomo VII. p. 1072. inquit: ab anima quidem coepit elatio, & ad praeceptum transgrediendum inde consensio, propter quod dictum est a serpente, Genes. III. eritis sicut dii; sed peccatum illud tatus impletus. Tunc est caro peccatum facta, cuius vitia sanantur sola similitudine peccati. Addatur VOGELSANGIVS Exercit. Theol. p. 784. seq. Sed nec concipi heic III. debet lucta quaedam carnem inter & animam, qua anima corpori intrusa a carne debelletur, & in peccatum dejiciatur, quandoquidem huius luctae animae non est conscientia, & infantes quoque P. O. sunt infecti, in quibus iussimodi lucta non obtinet. Est insuper IV. animas puras & innocentes in ergastula foeda, qualia sunt corpora corrupta, compingere, ut ibi corrumpantur, neque miseriae tantum, sed & improbae, fiant, res a divina iustitia, & bonitate, abhorrens. Tandem V. huc etiam plane non quadrant similia adlata. Magnum enim discrimen est inter corruptionem physicam & morallem. Aqua pura, unguentum, lumen, per contactum physicum, a partibus impuris corrumpuntur. At qui animae, cum ea partes non habeat, corporis corruptio affricetur, concipi nequit. Quare illa similia heic quam maxime sunt dissimilia,

§. LX!

Nostra sententia proponitur de anima moraliter nec pura, nec impura, sed in statu intermedio, pro recte phisicis usus.

Sed missis his aliisque de P. O. a parentibus ad liberos propagandi modo sententiis, a Viris doctis ad nos dum hunc soluendum excoxitatis, nos medium tenimus existimantes animam, utut physice spectata bona ea sit & producatur, quia omnes Dei creaturee bona sunt,

sunt, eiusque intentioni respondent Gen. I. v. 31. Eccl. VII. v. 30. tamen moraliter eam nec bonam, nec malam, a Deo creari, sed in statu quodam *intermedio*, ut nec bona, nec mala sit; verum talis fieri, vel non fieri, possit, pro recto φρονματος sui usu, aut abuso. Res clara est. Si enim non integra, si non corrupta, ergo in medio, inter utrumque status anima a Deo creata sit oportet, Quisnam autem iste status sit, proponno inquirendum.

§. LXI.

Naturam nostrae mentis, quae in *tu* cogitare consistit, si spectemus, duas in ea reperimus facultates primarias, ad quas reliqui cogitandi modi & formae omnes reduci possunt, *intellexum* puta ac *voluntatem*. Sed & praeterea deprehendimus mentem naturali quodam felicitatis suae *adpetitu* ac *desiderio* imbutam esse, vi cuius ad bonum aliquod extra se tendit, inque eius fruitione sui consummationem quaerit; quod principium *cor*, seu φρονμη, S. Scriptura nominat, & ex quo, cœu primo mobili, & quasi auriga, omnium mentis facultatum, actionumque moralium, usum deriuat.

Principium esse
bonum actionis
cum moralium
in mente COR
est,

§. LXII.

Iam fieri equidem potest, vt anima *physice* existat, etiam cum *conscientia incunda*, habeatque generatim naturalem ad felicitatem suam propensionem, tamen non dum, quanam ea sit, & in quo consistat, intelligat, quo in statu certe nec moraliter bona, nec mala, foret; non bona, quoniam adpetitus eius nondum ad certum & sumum bonum esset determinatus, sed vagus duntaxat, &

Quod initio
VACILLANS,
neque ad bonum
certum ac sumum
determinatum,

M

in

in genere bonum aliquod desiderans; neque mala, quod a bono summo etiam non deflectere, atque, si vellet, eius fieri posset particeps. At vero licet nec bona, nec mala, eo in statu esset, fieri tamen talis poterat, & quidem bona, si nempe ex naturali illo felicitatis instinctu ad propriam suam essentiam attenderet, ratiocinando, in quo vera sua perfectio consistat, inquireret, atque ita Deum tanquam summum suum bonum cognosceret, & anhelarer. Sed & fieri 2.) poterat mala, quando de sui perfectione haud sollicita in generali felicitatis appetitu acquiesceret, neque ex naturae suae intuitu cognosceret, summum bonum esse aliquid spirituale, immo vero ex praecipitania desiderium suum ad bonum corporeum, vanum, & adparens, determinarer.

S. LXIII.

*Corpori corr.
pto iunctim re-
fixum, radicatum, & ad certum bonum directum erat,
io SUCCESSI-
VE FIT CAR-
NALE.*

Hinc ergo si talis anima, in qua *φύσις* nondum fixum, radicatum, & ad certum bonum directum erat, verum adhuc *vacillans*, corpori corrupto, quale est corpus nostrum post peccatum ex parentibus ortum, vnitur, quid, quaeſo, facilius, quam ut ea a primo statim nativitatis momento per prauos & inordinatos corporis motus, peruersumque eius temperamentum adſiciatur ac deprimatur, vt ſeſe veruſ corporis inclinet, & carnis concupiſcentiam concipiāt, atque ita ab inquisitione in verum & summum bonum omnino impediatur; Maxime cum, vi vniōnis naturalis cum corpore, percipiāt illico ſenſum tum doloris ex ingratis, famis, ſitis, tum gaudii ex gratiōribus corporis titillationib⁹, ex alimento, ſenſum desiderij, conſeruationis ſuī corporis &c. Quac carnis concupiſcentia abhinc *altas* radices agit,

agit, totamque mentem occupat, augetur etiam per *actus* frequentiores, dum in prima infantia nil nisi corporea & carnalia cogitat, sentit, atque desiderat. Immo sit, ut quemadmodum motus illi peruersi & heterogenei crescente aetate crescunt, & vehementiores euadunt, sic pariter carnis concupiscentia cum aetate fiat *vividior*, ut vnicē & tantum carnalia adipetat, quin quando ratione vti incipit homo, per rationem seductricem demum ita corrumpitur, ut ipsa ratio concupiscentiae carnalis motibus inficiatur, & ita spiritus quasi corporascat, totus que homo caro fiat.

§. LXIV.

Et vero haec quam produxi de animae propagatione sententia non repugnat Dei sanctitati & iustitiae, quandoquidem anima, in puris naturalibus, seu essentialibus, condita, nondum *actu* mala est, sed debita rectitudine ac puritate gaudet, tamquam spiritus rationalis, praeditus intellectu, voluntate, & naturali in bonum propensione; potest etiam, ad se suamque essentiam attendendo, quodnam summum bonum sit, in cuius fruitione perficiatur, cognoscere. Quod autem producatur anima destituta *actuali* summi sui boni notitia, & amore positivo, id a peccato est, quoniam creatur ut anima infantis ex Adamo corrupto, vel parentibus peccatoribus nascitur. Quo tamen iterum nullo modo sanctitas Dei laeditur, vt pote qui tantam dare potest perfectionem, quantam vult, & sufficit, posse animam in puris naturalibus creatam, per rectum rationandi facultatis usum, summum suum bonum cognoscere; quodque anima corpori corrupto iuncta ad

Sed circa laesio-
nem divinas fau-
ctatis & iusti-
cie.

bona vana, & externa sele statim inclinet, non Deus in culpa est, sed debetur hoc peccata, vel corruptae primorum parentum ex parentibus proximis nativitati.

f. LXV.

A qua
φρονηστος
varietate pen-
det totus ho-
minis status.

Nempe pro varietate inditi animae φρονηστος, a quo liberi arbitrii omniumque facultatum usus penderet, variat totus hominis status. Quale illud, talis homo. I. In *status integritatis*, ubi principium illud morale liberum arbitrium dirigens, nondum fixum, perque varios virtutis actus firmatum, quin adhuc firmandum, & per actuale verae sapientiae & sanctitatis studium excendum erat, fieri facile poterat, cum homo libero arbitrio, tum ad perseverandum & bene faciendum, tum ad cadendum, vteretur, atque ita, cum in eo virtutis exercitio deficeret, & libero arbitrio, vel in vera cum Deo communionis media non inquirendo, vel in eorundem inquisitione errando, abutetur, a Deo bono summo deflesteret, & laberetur. Quae est vera lapsus atque erroris origo. II. In *status vero peccati* post lapsum, quando cor *enigmatis factum*, idque immutabiliter, non aliis liberi arbitrii usus est quam ad peccandum, quare totus homo cum omnibus suis mentis & corporis facultatibus sub peccati dominio haeret. Et hic corruptionis status *immutabilis* est. Viciissim III. in *status restituto*, dum per regenerationem *cor mortis transformatum*, cordi infunditur, illudque sit *πνευματικός*, homo recte libero arbitrio vtitur, & noua creatura euadit; sed iusta tamen ut reliquiae peccati in ipso remaneant, & lucta carnem inter atque spiritum perpetua Rom. VII. v. 14. seq. Gal. V. v. 17. In *status vero gloriae & beatitudinis*

dinis IV. quando $\Phi\sigma\mu\pi\alpha$ illud in bono radicatum & immutabile factum, non alius liberi arbitrii, quod ex eo pendet, vsus est & esse potest, quam ad bonum faciendum. Unde nec beati coelites deficere ab hac sua sanctimonia possunt, ea quod habitus hic non tantum infusus fit, sed & frequentioribus actibus acquisitus, per continuum studium sanctitatis, salutis sensum &c. Unde tandem V. primum est colligere, qualis sit iste liberi arbitrii usus in statu primae animae cum corpore unionis. Quemadmodum enim animae propensio tunc nondum satis firma, & ad certum atque summum bonum determinata, sic & mirum non est, quod ab ea pendet atque dirigitur liberum arbitrium, etiamnum vacillans & bonum adque malum procline esse, atque hinc, ubi anima a prauis atque inordinatis motibus adficitur, eiusque titillationes sentit, se se versus corpus inclinare & carnis concupiscentiam concipere potuisse, ut supra plenius euictum fuit.

J. LXVI.

Iam vero si quis vterius quaerat, cur ergo Deus illud $\Phi\sigma\mu\pi\alpha$ non ab initio statim, & primo creationis animae, eiusque cum corpore coniunctionis, momento firmarit & produixerit integrum, & an sit illud $\Phi\sigma\mu\pi\alpha$ a Deo independens? Respondeatur I. non esse Deum homini obligatum, ut ipsi animam in tanto perfectionis gradu largiatur, at sufficere, sanctitatique & institiae diuinae haud aduersari, si talem Deus animam creet, qualem peccator promeretur. II. Posse Deum iure animam in illo statu intermedio creare, & cum corpore unire, tum ut hominem de naturali impotenti conuincat, tum ut

M 3

Cur Deus $\Phi\sigma\mu\pi\alpha$
hoc non ab ini-
tio firmarit, & an
sit illud a Deo
independens?

glo-

gloriam suam in peccatore demonstret: maxime quoniam III. penes ipsum erat gratiae consilium, cui lapsus permisso inservire debebat. Et si quaedam heic ~~δυστοντας~~ supersint, cogitandum IV. esse vias Dei incognitas & imperscrutabiles *Deut. XXIX. v. 29. Rom. XI. v. 33.* maioresque inesse sententiis contrariis difficultates, veluti supra monere iam occupauimus.

¶. LXVII.

Peccato Originali omnes homines sub sunt.

Hactenus quaenam sit P. O. natura, & quo pacto a parentibus ad liberos transfundatur, considerauimus. Proximum est, ut quousque illud sese extendat, dispiciamus. Et vero vniuersalem labem hanc haereditariam esse, cui nudi homines omnes, qui secundum ordinarias naturae leges in lucem eduntur, subsint, cuncta suadent. Docet hanc vniuersalitatem 1. Sacer vtriusque Foederis codex *Genes. III. V. VI. VIII. Job. XIV. Ps. LI. Job. III. Rom. III. Epb. II. &c.* 2. *Typus* Adamus fuit totius generis humani *Rom. III. v. 14.* Qualis ille, qui stirps & caput, tales mortales cuncti. At Adamus corruptus, ergo & eius posteri. 3. *Omnium hominum ratio & conditio* eadem est. Quare & idem status. In omnibus 4. cernuntur corruptionis originariae, peccatorum, & prauorum adfectuum, irae, odii, inuidiae, semina atque *vestigia*. Vnde autem hoc, quam a naturali illo & haereditorio malo? Confirmat yltimo hanc sententiam *mors*, cui ad vnum omnes, non exceptis infantibus, sunt obnoxii, quae vti peccati effectus & consequens, sic & eius merces, est. *Gen. III. v. 17. Rom. VI. 23.*

¶. LXVIII.

§. LXVIII.

Valeant igitur atque ineptire desistant marioſatrac, Ipsi etiam B.
qui *immaculatum* B. Virginis Mariae conceptionem ac V. Mariae.
natiuitatem ſuperftioſe defendunt, vid. IOH. BONIFACIUS de D. Virg. Mariae vita & miraculis p. m. 18^o, 24.
& Job. Andr. SCHMIDII prolusiones Marian. p. 4 - 18.
Nam & illam in P. O. aequa ac reliquos homines omnes
conceptam & natam fuſſe veritas eſt, quae a nemine cum
fundamento & aliqua veritatis ſpecie in dubium voca-
ri potest. I. Enim nata ea vii homines ad vnum omnes
fuit ex voluntate ac commixione viri atque feminae Job. I.
v. 13. id autem quod ex carne natum caro eſt Job. III.
v. 6. Ex impuro fonte non ſecuturiunt purae & limpi-
dae aquae Iacob. III. v. 11. Et quis dabit mundum ex
immundo Job. XIV. v. 4. Vel dicendum Mariae etiam
parentes & maiores, Joachimum & Annam, immacu-
late fuſſe conceptos ac natos, atque ita deuehiendum
tandem, quia progreſſus in infinitum non datur, ad pa-
rentes primos, qui itidem a peccato immunes forent,
quod falso. II. Maria ſemet includit ipſam, Christum
que *erupta* ſuum, a peccatis Matth. I. v. 21. profitetur
Luc. I. v. 47 - 50. Obtulit III. ſacrificia Luc. II. v. 23, 24.
in quibus erat Paulo Apoſtolo teſte Hebr. X. v. 3. 18.
quaedam peccatorum *avapponens*. IV. Conſirmant idem
calamitates & aerumnæ, quae animam eius transfigere
debuierunt Luc. II. v. 35. quae ſunt peccati fructus. V.
Ob peccata actualia a Christo ſuit *objurgata* Job. II. v. 4.
conf. Marc. I. v. 24. ubi ſimilis objurgandi modus o-
curredit. VI. *Kavxημα* hoc erat Christi, qui ſolus mun-
dus a peccato Hebr. VII. 26. id quod etiam neceſſarium,
quoniam

quoniam pro nobis satis debebat facere. VII. Non fuit Maria nostra *mediatrix*, quae peccata nostra expiaret & pro iisdem apud Deum intercederet, solus enim & unicus Mediator noster Christus est 1. *Tim.* II. v. 5. VIII. Neque opus erat ut *Messias nasceretur ex matre immaculata*, nam carnem assumere debebat ex matre, non secundum naturae leges, sed per operationem Spiritus S. *Luc.* I. v. 35. Immo IX. nec id erat conveniens, quia Iesus non potuisse esse Saluator peccatorum, si non eorum fuisset frater, non autem potuisse frater eorum censi-
ri, nisi natus ex genere humano, peccatis obnoxio. Debebat Christus nasci in carne, simili carni peccato obnoxiae *Rom.* VIII. v. 3. debebat ergo ex massa corrupta corpus assumere, ut corruptionem sibi imponi patetur & eam tolleret. X. Dicitur Maria εὐλογημένη καὶ γεννητή *Luc.* I. v. 28. non vti ERASMUS exponit *lata*, de qua omnes bene loquuntur, sed *benedicta*, felix & beata effecta, cui singularis gratia facta. Ergo non absque peccato erat. XI. Vocatur ibidem καθηγηταμένη, *Hebr.* πράγμα, non vti Vulgatus habet, *gratiosa*, quod aliis gratiam facere posset, quod *mater gratiae*, *mater misericordiae*, *dux sanctorum*, *spes lapsorum*, vid. BONAVENTURAE *Psalter.* *Mar.* verum quod *gratia effet a Deo adfecta*, *gratificata*, σὺν χαριτος *Eph.* I. v. 6. *Luc.* II. v. 14. *conf.* *Luc.* I. v. 30. vbi est νύριος χαριτος. Per participium pass. emphasis & copia rei innuitur *Luc.* XVI. v. 20, οὐκανός, plenus ulceribus. XII. Maria fuit *morta*, at mors fructus & obsonium peccati est *Rom.* VI. 23. Impsum enim, dum conuertendis Iudeis Petrus & colligendis Gentibus Paulus, incubuit, A. Christi circiter

XLVIII,

XLVIII. per beatam *avulsa* ad Dominum transisse , & non anima minus ac corpore , assumtam fuisse *in coelum*, veluti ex suppositio MELTONIS de *transitu Mariae* libro probant , atque huc antiquum assumptionis Mariae festum (Mariä Himmelfarth) trahunt Pontificii , omni fundamento caret. Repugnat enim a) huic eorum traditioni de Mariae , matris Domini , in coelum adscensione Lucae in actibus Apostolorum silentium b) mortis naturalis *Luc. II.* non item assumptionis prædictio. c) Quod peccatrix , consequenter & morti obnoxia fuerit. d) Testimonium totius antiquitatis , speciatim Ambrosii in *Luc. Lib. XI. Cyrilli, Procli*, ad *Juvenalem* usque, Episcopum Hierosolymitanum circa A. C. 451. ipsius Synodi Romanae sub *Gelasio* Pontifice habitae , quae librum Meltonis de *transitu Mariae* inter Apocryphos retulit. Repugnant e) martyrologia pleraque sub Carolo M. edita , utpote qui diserte præcepit , ut prius rite informantur , quam Corporis assumptionem statuant. Notabile omnino est *Martyrologium Vjuardi* , vt quidem illud in Ecclesia Parisiensi usque ad annum 1549. legebatur , ubi scribitur ad XVII. a. cal. Oct. *Dormitio sanctae Dei Genitricis*, cuius sacratissimum corpus eis non inuenitur super terram , tamen pia mater Ecclesia venerabilem memoriam sic festiuam agit , vt PRO CONDITIONE CARNIS EAM MIGRASSE non dubitet ; quo vero venerabile illud Spiritus S. templum natu & consilio diuinō occultatum sit , plus elegit sobrietas Ecclesiae cum pietate nescire , quam aliquid fruolum & apocryphum inde tenendo docere. Si coniectura vt liceret , fabula assumptionis corporis Mariae IUVENALI Patriarchae Hierosolymitano originem deberet,

N

ante

ante quem de Mariae adscensione nil quicquam auditum fuit, & a quo *Martianus Imperator Pulcherius* haecque indefinenter, reliquias B. Virginis petiere, unde ille vacuum esse sepulchrum respondit, forte iam tum addens, Mariam in coelum adscendisse, id quod ex illis, quae de Iuuenale illo LAMBECCIVS in *Bibl. Vindob.* habet, probabile fit, vid. contra Pontificios ipse Sorbonista *LAVNOYVS* in iudicio de controvarya super exscribendo martyrologio Eccles. Parisiens. exorta, vt & *BASNAGIUS* in *Hist. Relig. HOSPINITA*, *NVS* de *fsl.* p. 136. & *SPANHEMIVS* *Hist. Eccles.* p. 573. Immo tandem XIII. fuisse Mariam peccatricem, fides Ecclesiae luculenter confirmat, quae per mille & amplius annos nil quicquam de hac B. Virginis immaculata conceptione & nativitate scivit, licet ab exorta haeresi *Nestorii* & ex quo ad adserendam unitatem Personae Christi Maria recte *Gesu* nominata fuit, eius honores mire fuerint amplificati; vsque dum ab anno 1050. in horas *Canonicas Mariæ* & 1156. in officium Ecclesiae publicum per *Canonicos Lugdunenses* in Gallia inserta fuit: protinus tamen improbata per *BERNHARDVM*, qui epist. 174. de immaculata Mariæ conceptione scribit: *eam ritus Ecclesiac necit, non probat ratio, non commendat antiqua traditio*; *THOMAM & DOMINICANOS*, sed per hos nimio feruore, ut Heidelbergae, Bernae, ita Lutetiae, ubi *GVILLOTTVS Dominicanus* per horrendam blasphemiam impugnaturos immaculatam hanc Mariæ conceptionem verba *Iob. VIII. 4.* pro textu adhibuit. At ubi *SCOTVS*, qui obiit anno M. CC. VIII. tradidit, potuisse tamen Mariam

Mariam praeseruari, per *Franciscanos*, *Concilium Basiliense*, *Academias nonnullas*, *Iesuitas*, & maxime per *Decretum Alexandri VII. Pontif. sequior sententia inuuluit*, qui praecepit, *omnibus credendum esse*, *animam B. Virginis in sui creatione & in corpus infusione praeveniente & operante Divini Numinis gratia singulari*, *a Peccato Originali fuisse praeseruatam*. vid. *Pet. LOMBARDVS Sent. p. 220.* & *HOORNBECK Miscell. P. II. p. 126. 127.* Recruduit tamen haec controvrsia aliquoties, & *Colonienses* ante paucos adhuc annos notanter distinxere inter *Ecclesiam definientem & opinantem*, cui posterior catholicam praestare fidem mortale crimen sit.

§. LXIX.

Quemadmodum vero mortales ad vnum omnes P. O. infecti & contaminati sunt, ita *sols* heic *Christus* excipitur. Hic enim & est Pontifex ille Maximus, qui *o^{ro}to^o, a^{na}uo^o &c. Hebr. VII. v. 26.* agnus ille *a^{gn}us* *nas d^{omi}n^{os}* I. Pet. I. v. 19. qui peccatum non fecit, & in cuius ore dolus non inuentus fuit I. Pet. II. v. 22. vt iure & intrepide ex iudicis querere potuerit, quis est vestrum qui me de peccato conuincere possit? *Iob. VIII. v. 46.* a. Et haec ratio erat, quod non ex voluntate *viri & carnis* concipiendus, sed *virtute Spiritus* S. vt ita foetus esset perfecte sanctus *Iob. I. v. 13. Luc. I. v. 35.* a. Debebat pro peccato nostro inhaerente *satisfacere*, adeoque ab eo esse immunis. a. Vti vero Christus a peccato hoc originali inhaerente debuit, sic & liber esse potuit. a. Non poterat ei imputari peccatum protoplastorum, siquidem etiam secundum naturam humanam non fuerat in *tumbis Adami*. b. Non

Solus Christus
excipitur,

N. 2

fuerat

fuisse natus, si primus homo in integritate persistisset,
 & nisi consilium graiae de peccatore saluando extitisset.
 c. Quod natus sit, oritur non ex naturae legibus, sed
 ex libera Dei voluntate. Hinc etiam d. non secundum
 viam ordinariam natus fuit, sed per spiritum S., ut tan-
 tum Mariae corpus suppeditarit materiam, ex qua
 produceretur. e. Non etiam potuit *nativitas corrumpere*
corpus, & per corpus *animam*, anima enim non crea-
 ta fuit destituta imagine Dei, verum ad minimum eius-
 modi qualitatibus instructa, quibus ornata fuisse in sta-
 tu integritatis, quoniam non corpori corrupto, sed su-
 pra naturae leges virtute Spiritus S. productio, desti-
 nata erat. f. Corpus Christi etiam ex Maria progenitum
 fuit ab omnibus motibus prauis & inordinatis purum, ete-
 nium i. non fuit formatum secundum voluntatem viri
 & carnis. 2. separatum fuit a massa corporis Mariae
 & in corpus humanum formatum per potentiam spi-
 ritus S., qui motus inordinatos rite ordinare & com-
 pescere potis erat. Quod si vero quis g. instet & qua-
 erat, quomodo si *particula corporis Mariae*, ex qua cor-
 pus Christi formatum, P. O. inquinata, corpus Christi per
 Spiritum S. sanctificari potuerit? haec quaestio nobis ni-
 mis videtur curiosa, circa quam nil determinamus &
 placet nobis haec in materia modestum Cet. WITSII in-
 dicium in Symb. Apost. p. 208. dum ait, quomodo Spiritus
 S. in B. Virgine sit operatus, satis & castius multo est,
 ad ipsius Dei exemplar, sacri silentii sapientia obtegere, quam
 andaci animo, ore, calamo, determinare. Sufficit scire ge-
 mino miraculo Spiritus S. opus distinctum fuisse, i. foecus-
 dae

datione uteri Virginis 2. sanctificatione fructus ventris,
quem Virgo conciperet & pareret.

§. LXX

Et haec naturalis atque inhaerens corruptio, licet magis magisque, tum per virtutis exercitium, tum per varias carnis castigationes, in regenitis imminuat & infirmitur, tamen ad mortem usque, etiam post baptismum, iis inhaeret. Id est de quo conqueritur a. Apostolus in Epist. ad Rom. VII. v. 17. 24. exclamans: miser ego homo: quis me liberabit ab isto corpore mortis? Et quotidiana b. experientia vnumquemque idem docet. Nec non c. saniores Ethnici hoc agnouere, vnde illud Medeae apud Ouid. lib. VII. Metam.

Ad mortem usque regenit P. O. inhaeret.

Nam cogit invitam noua vis, aliudque cupido,
Mens aliud suadet. Video meliora proboque:

Deteriora sequor - - .

Neque etiam d. in homine regenito aliud peccati principium esse potest praeter carnis reliquias. e. Per regenerationem quidem φωνης συγνοιας tollitur & Φωνης πνευματος atque συντης της αληθειας infunditur; non tamen omnis corruptio inhaerens perit, sed remanet a. in intellectu prauus habitus, peruersus modus res concipiendi per phantasiam, memoria pristinorum conceptruum, maxime rerum, quae carni fuere gratiae. β. In voluntate, quae saepe deflectit per varia praejudicia & titillationem carnalem, saepe etiam per ferocientes adfectus in transuersum rapitur. γ. In corpore, in quo sunt inordinati motus, qui fomes concupiscentiarum, neque tolluntur nisi per mortem. conf. HEIDEGG. Corp. Theol. p. 354. & HENNICHIVS Instit. Theol. p. 93.

§. LXXI.

Non tamen im-
putatur.

Quanquam vero P. O. poenam mereatur aeternam & damnationis electorum causa sit sufficiens ALTING. Op. Tom. II. p. 97. & Tom. IV. p. 466. & CREGVT. Reuelat. arcan. pag. 38. §. 3. iis tamen ad mortem aeternam non imputatur, quia nullum est ~~meritum~~ in illis, qui in Christo Iesu sunt Rom. VIII v. 1. neque illisdem peccatum illud dominatur Rom. VI. v. 12. quin inuitis adeat & ab eo liberari vellent Rom. VII. v. 24. contra illud pugnant, illud detestantur & nunquam scientes ac volentes carnalem actionem suscipiunt. Quare & notanter Talmudici scribunt: tempore futuro adductum Deum ~~in~~ & maceratum eam coram iustis & impiis. Et iterum in Basra fol. LVIII. 1. sciendum concupiscentiam malam in illo mundo, scilicet futuro, non esse. BVXTORF. Lex. Talmud p. 974.

§. LXXII.

Epilogus cum
Voto.

Nostrum igitur erit, ut non lapsus tantum quotidianos, sed & natuam hanc labem, libere & serio profiteamur, ac deploremus, quo ita ab animarum Medico salutem aeternam consequamur, per Iesum Christum Saluatorem nostrum; *Cui cum Par-*
tre & Spiritu Sancto, sit omnis honor,
laus & gloria in secula seculorum.
Amen!



AB:153137

ULB Halle
003 898 784

3



V018

56.

R

WNA

